



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Pars Prima Sive Ignatius

**Orlandini, Nicola**

**Antverpiae, 1620**

Historiae Societatis Iesv Liber Octavus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13935**

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

## LIBER OCTAVVS.

1548

I  
Exercitia  
spiritualia  
B. Ignatij  
Apostolica  
auctoritate  
confirmantur.

**D**odequinquagesimo eiusdem seculi anno res Societatis eumdem tenebant in Urbe cursum. Ignatius præter careras de more curas, condidit constitutionibus ac legibus diuturna commentatione atque obseruatione, maximè vero pæcrationis assiduitate vacabat. Interim, quod inter prima votoru[m] habebat, postularu[m] Francisci Borgia Gandia Duci ex Romano Pontifice est contecutus, ut Exercitiorum libellum auctoritas Apostolica comprobaret. Destinatis censoribus viris grauissimis, Joanni Aluaro de Tolero Cardinali Burgensi Ordinis Prædicatorum, Philippo Archinto Pontificis in Urbe Vicario, atque Egidio Foscararii sacri Palati Magistro ex eodem sanctissimo & sapientissimo Prædicorum cœtu, dupliceiter ex Hispanico idiomate Latine liber conueritus, inspicendus erat datus: qui utrumque exemplar, ne vocula quidem mutata maximè commendarunt. Tum comprobatio & commendatio amplissima Apostolicæ Sedis accessit, in hac verba:

P A V L V S P A P A III.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**Astorialis offici cura, in viuierum Christi gregem nobis commissa, & diuinæ gloriae & laudis amor facit, ut ea quæ salutem animarum, & spiritualiæ earum profectum iuuant, amplectentes, vota eorum, qui aliquid, quod fouere & nutritre pietatem in Christi fidelibus valeat, à nobis exposcent, ad exauditionis gratiam admittantur. Cum ergo (sicut dilectus filius, nobilis vir, Franciscus de Borgia, Dux Gandiae, nobis nuper exponi fecit) dilectus filius Ignatius de Loyola, Præpositus Generalis Societatis Iesu, per nos in alma Urbe nostra erexte, & per nos auctoritate Apostolica confirmata, quædam documenta, sive Exercitia spiritualia, ex scriptis Scripturis, & vita spiritualis experimentis elicita, compofuerit, & in ordinem, ad p[ro]mouendos fidelium animos, aptissimum redegerit; illaque Christi fidelibus, ad spiritualiæ consolationem, & profectum magno p[ro]pere utilia & salubria esse, non solùm fama, ex plurimis locis allata, prædictus Franciscus Dux didicerit; ed etiam experimento manifesto, cum Barcinone, tum Valentia, tum Gandia, id compertum haberent. Quare idem Franciscus Dux nobis humiliter supplicari fecit, ut documenta & spiritualia exercitia prædicta, quod latius corum fructus pareat, & plures Christi fideles maiori cum deuotione ad vertendum illis, inuitentur, ex amicari facere: & si approbatione & laude digna-

inueniremus, approbare & laudare, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur, qui docu[m]enta & exercitia huiusmodi examinari fecimus, & quæ testimonio ac relatione dilecti filii nostri, Ioannis tituli S. Clementis, presbyteri Cardinalem, Burgensem Episcopi, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris, & venerabilis fratri nostri Philippi Saluciarum Episcopi, ac dictæ Virbis nostræ in spiritualibus Vicarij generalis, necnon dilecti filii Egidij Foscararij, nostri sacri Palati Magistri, nobis desuper facta, pietate ac sanctitate plena, & ad ædificationem, & spiritualiæ profectum fidelium valde utilia & salubria esse & fore comprehendimus: debitum etiam respectum ad fructus vberes, quos Ignatius, & ab ipso instituta Societas præfata, in Ecclesia Dei ubique gentium producere non cessant, & ad maximum adiumentum, quod ad id prædicta exercitia attulerunt, non immeritò habentes; huiusmodi supplicationibus inclinati, documenta & exercitia prædicta, ac omnina & singula in eis contenta, auctoritate prædicta, tenore presentium, ex certa scientia nostra, approbamus, collaudamus, ac presentis scripti patrocinio communimus: hortantes plurimum in Domino, omnes & singulos, utriusque sexus, Christi fideles vbiliter constitutos, ut tam pijs documentis & exercitijs vti, & illis instru[er]i deuotè velint. Necnon concedentes, ut huiusmodi documenta, & spiritualia Exercitia imprimi, à quounque bibliopola per prædictum Ignatium, eligendo, liberè & licetè valeant: ita tamen, ut post primam editionem, sine consensu ciudem Ignatij, vel successorum eius, nec ab hoc, nec ab alio omnino, sub excommunicationis, & quinq[ue] quaginta ducatorum pijs operibus applicando, pena imprimi possint. Ac mandantes nihilominus vniuersis, &c. Datum Roma apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die ultimo Iulij, m. d. XLVII. Pontificatus nostri anno XIV. Blo. El. Fulginensis.

Secundum hanc Pontificis auctoritatem cum esset libellus typis mandandus, ea versio, quam ediderat Andreas Frusius, non tam verba verbis, ab Andrea Frusio edita, ut altera, sed fideliter sententiam reddens, vnius apriori, ac prælo dignioris est. Itaque primus fatus simile sanè initio Societatis impensis est liber. Amplificabat præterea familiam suam Ignatius Socijs modò recentibus adscribendis, modò mitendis velut alias in urbes regionesque colonijs. Inter adscriptos accessit ex Hispanis Michael Adscribitur in Set Ochiao Nauartus, cum aetate, tum probitate florens: cui vel non sententi curationum Deus gratiam donumque contulerat. Estuabat quotidie Ochiao ex Socia curatio[n]is prædictis.

nis febris, qui hæc memorie prodidit, Ioannes Polancus, cuius curam aliquam cum Michaël gereret, eique in sermone, vt fit, iniecisset, se Barcione alibi morbos interdum aliquos certis adhibitis preicationibus depulisse; percunctorati ex eo Polancus cœpit, quo tandem verborum genero, quaue mente inter curandum vti soleret, & vbi spem poneret reddendæ salutis. cumque in verbis nihil non sanctum ac pium, in mente nihil non rectum ac simplex animaduerteret ( quippe & à Deo Michaël oportabat sperabatque salutem, & curationem omnem referebat ad Deum) sensit vir prudens candidum iuuenem gratia sanitatum à Deo fuisse donatum. Placuitq; in se ipso, (Ignatio tamen ante consulo) collati munera periculum facere. Nec abnuit Ignatius, cum ne ipse quidem aut in curandi ratione, aut in curante quidquam agnoscere vici. Prudentiam Polancus fecit, ne eo ipso die, quo remittebat febris, quæque porrigebatur inter horas ferè decem & octo, Michaëlis operam adhiberet; sed postridie illum, tum, cum ardentissima & grauior solito recurrebat, acciret; quo die testatur ipse quan-dam se in p̄cordijs sensisse fiduciam recuperandæ salutis, qua plerumque solet esse impetrati à Deo muneris, & gratia subsequentis indicium. Mox igitur ad Michaëlem: Vtere, inquit, in me beneficio isto, quo te Deus ad aliorum vtilitatem gratis & liberaliter instruxit; salutem enim per te prorsus mihi reddendam spero. Ille vero iussus suo more, & sua ex fide facere, cum sacra quædam verba exaraseret in scheda recitata ante Augustissimum Eucharistia Sacramentum ter Dominica prece, & Angelica salutatione, schedulam ipsam ex ægrotantibus ceruice suspedit. Qua admota sensit eger è vestigio veluti quandam à capite ad calcem totius corporis refrigeratione. Tum demum magno suo bono Polancus granuit in fratre muneric vim perfensit. Sed ne superstitionis vlla prorsus relinqueretur suspicio, vt conceptis in posterum verbis, visitatisque suis ritibus abstine-ret, verum benedictione potius aliqua, imponē-disse super ægros manibus vteretur, admonuit. Itaque hoc ipso anno Tibure, & postea etiam in Hilpania perspè complures ægros sola manus impositione sanauit.

<sup>4</sup>  
Curatus ab  
eo Ioannes  
Polancus.

<sup>5</sup>  
Exordium  
Tiburtini  
Collegij pa-  
cata per  
Ignatium  
civitate op-  
pido S. An-  
geli.

Sociorum autem quasi colonie in Italia con-  
stitutæ sunt due: altera Tibure haud ab Urbe pro-  
cul; Messanæ altera in Sicilia. Ac Tibur quidem  
per occasiōnem pacande ciuitatis, quæ ab oppi-  
do finitimo S. Angeli efferatis animis dissidebat,  
Ignatius ipse se contulit. Vbi cum & Tiburtinæ  
ciuitatis magistratus, & Margaritam Austriacam  
Octauij Parmensis Ducis coniugem (cuius fini-  
timum erat oppidum) conuenilicet; singulari arte  
curauit, vt Bartholomei Cardinalis à Cueua ar-  
bitrio controversie causa permitteretur: tantum  
quæ sua perfecit industria, vt armis tandem, quæ  
muruus iratum furor in cædes manifestas acue-  
rat, populus vterque proiectis, mutuam rediret  
in gloriam, extinctisque funditus diffensionum  
seminibus pax constantissima lanicretur. Excep-  
perat Ignatium hospitio cum comite sacerdote,  
qui Tibure cōciones habuerat, Ludouicus Men-  
doza, Societatis amicus. Is eam nactus opportu-  
nitatem factam Deiparæ adem, quam extra mu-

ros sub ipsa villa Mæcenatis magnificas ruinas,  
& infanas substructiones habebat, cum domo &  
hortus sanè quam amoenis, obtulit nostris: quam  
et si postea, vt annarum vībus parum accom-  
modam, nostri deseruere; ibitamen primum Ti-  
burtina fedis duxere primordia die ipso natali

Deiparæ, cum ipse Ignatius incedat possessioni,  
& celebriter exornanda cum aliquot Patribus  
intercesseret. Messanæ autem, & Proregis Vegæ ro-  
gatu, & ciuitatis pietate constitutum est Colle-  
gium. Et hoc anno primum Collegia, qua do-  
cendi prouinciam fulciperent, in his Italix parti-  
bus cepta sunt. Nam in India Goæ, & in Hilpa-  
nia Gandiæ, scholas publicæ à nostris expoitas,  
suprà demonstrauimus.

Prius autem quam ab Urbe dimitterentur  
qui ad Mamertinum destinabantur Collegium,  
contuocatis domesticis omnibus, diligenter eis  
B. Pater consilium suum, quæque haberet diuini  
obsequij rationes, quantum speraret eius regni,  
actorius Ecclesiæ emolumenitum, quam ob rem  
existimabat Joannis Vega Proregis, ac Iacobi à  
Corduba Syndici, ac Mamertinorum etiam ci-  
uium postulatum obsequendum, exposuit. Ut vero  
idoneus posset haberi delectus, subiecit, vt lin-  
guli postquam triduo rem Domino commenda-  
fent, scripto ad hac capita, que item scripto sunt  
tradita, responderent. Primum quidem an a quo

paratoque quisque animo esset, seu mitteretur  
ad Siculos, seu retineretur in Urbe, id gratius ha-  
biturus, quod Præposito vīsum fuerit: cuius se  
gubernariā, tanquam Vicario Dei subiecit.

Proximum autem, an qui eò destinaretur, eadem  
æquitate animi perrecturus esset, siue ad ingenij  
ac litterarum munera, siue ad manus & opera  
dienitiam ministeria: ita vt & docti in labore manuum, &  
qui nil didicissent, docere, quantum in ipsis esset,  
parati essent. Adhac si studiorum causa mitte-  
rentur, num parati essent vel scholares quævis in  
disciplina, quo cunque sub præceptore versari;  
vel magistri doctrinam quamlibet tradere. Deni-  
que an præter obedientiam in his, quæ dicta sunt,  
excendi, id insuper essent habituri præstan-  
tius, aptiusque diuinæ gloriæ, quod eis esset a suo  
moderatore præscriptum, flectendis suis omnino  
senibus atque iudicij adiecius teneat sensum;

Præpositi. Hisce percunctoratiibus aliqua ex  
parte seculi iudicio stultis, sed in Euangelicæ  
schola Philosophia altissima sapientia plenis a-  
lumnorum suorum mentem prudens magister  
ad examij decus obsequij veterum Patrum exemplo  
formabat. Ac plane memorabilis fuit even-  
tus. Dicta dia ad unum omnes, sex circiter ac tri-  
ginta numero, quotquot erant domi, etiam co-  
quus, suas tradidere sygraphas: in quibus cum  
absoluta sui abdicatione indicij ac voluntate  
promptissima, ad omnia se itinera, quo cunque,  
quamvis ad Indos mitterentur, ad omnia munera  
ac ministeria, quo cunque iniungentur, pa-  
ratos & alacres offerebant. Et sane quoniam ea-  
rum quadam autographa nactus sum, iucundum  
fore posteris arbitror, ex vna Canisij formula spe-  
cimè omnium degustare. Habita mecum, inquit, „ Singulare  
qualicunque deliberatione super ijs, quæ Reue- „ specimen  
rendus in Christo Pater meus, & Præpositus Ma- „ obediētia  
gister Ignatius breui proposuit, primum adiuuātē „ Canisij.  
Domino

„ Domino in vtramuis partem æquè per omnia  
„ mouerim sentio , siue domi hic manere perpe-  
„ tuò iussent, siue in Siciliam, Indiam, aut quoquis  
„ aliò transmiserit. Tum si in Siciliam abeundum  
„ sit, simpliciter mihi gratissimum fore profiteor,  
„ quale quale iniungatur obeundum illuc officium  
„ ministerium, etiam coqui, hortulanii, ostiarii,  
„ auditoris, & in quaus disciplina, licet mihi igno-  
„ ta, professoris. Atque ab hoc ipso die, qui est  
„ quintus Februarij, sanè voueo fine omni respe-  
„ ctu me curaturum nihil in posterum, quod qui-  
„ dem ad habitationis, missionis, similiisque com-  
„ moditatibus meæ modum yllum facere posse vn-  
„ quam videbitur, relicta semel ac semper ciuitate  
„ modi cura, omnique solicitudine Patri meo in  
„ Christo Reuerendo Praeposito. Cui sanè tam  
„ quoad animi, quam corporis gubernationem, &  
„ intellectum ipsum, & voluntatem meam per  
„ omnia plenè subijcio, humiliter offero, fidenter  
„ que commendo in Iesu Christo Domino nostro,  
„ Anno M. D. XLVIII.

<sup>10</sup>  
Duodecim  
ex diversis  
nationibus  
in Siciliam  
destinatur.

<sup>11</sup>  
Discursus  
Summum  
Pontificem  
addeunt.

<sup>12</sup>  
Verba ad  
eos Pon-  
tificis.

ad ponenda prima in eo regno Societatis funda-  
menta multis ostendit. Illi benedictione accep-  
ta, deque more pedi piè osculo dato , quibusdam etiam Cardinalium & Margarita Austriaca  
salutatis (quæ modesta officia non parum in rem  
Societatis publicam valuer) postridie Neapol-  
lin versus in Siciliam trajectum discedunt. Mes-  
sanam Paschales inter ferias ingressi, maximum  
ibi populi concussum cum Domenecco praefla-  
lantis offendunt. Ingens omnium gratulatio  
consalutatioque ac dulcis complexatio facta est.  
Quanquam autem Societati ciuitas vna cum eadem  
sancti Nicolai domum sine cunctatione paraue-  
rat: tamen quoniam multa erant non modò ad  
templi decus, & habitationis usum, verù etiam  
ad commodatorem & elegantiam concinnanda  
Gymnasio; aedes sibi Societas ipsa ad menes aliquot  
mercede conducta, expoisoque repente  
Gymnasio, varijs expolire doctrinis, & quidem  
pluribus quād postulauerat ciuitas, frequentissi-  
mam iuuentutem instituit. Natalis qui ceteris  
præterat, tres Grammaticæ tradendæ præfeccit: &

<sup>Quatuor</sup>  
Collegio  
Materiæ  
tradicapo

Parisenis Academie in docendo morem pede-  
tentim induxit. Præter primæ classi Benedictus  
Palmius, alteri Annibal Codretus, tertiae Ioannes  
Baptista Brixianus. Canisius tradebat artem  
dicendi, Dialetticam Isidorus, Græcas litteras  
Frusius, Naralis Hebraas. Quanquam hic, Hebreæ quoque schola Frusio breui relicta, Theologiam  
ipse manè tradere, deque officio Christiano pomeridianas explicare questiones, vel  
Collegij administratione distentus instituit. Nec  
tamen festis quiescebat diebus, quibus in æde  
maxima, maximoque conuentu, nec sine Vega  
Prorege Diui Pauli explanabat epistles. Iam  
obreplerat autumnus, cum instauranda studia  
rufus erant. Cumque ad eam disciplinam audito-  
ryndique conuolaret, prælectionum promul-  
gatus est index, non Siciliæ modò, verù etiam  
toto Calabria regno, ipso prius implorato Pro-  
rege, ne Cataneses academicci repugnarent:  
nam & ex Calabria centum amplius expecta-  
bant auditores.

Quibus tam faustis excitata principijs, non  
modò de Collegio, verù etiam de Vniuersitate  
instituenda cogitare ciuitas cepit: idque à Pon-  
tifice Paulo, toto illo applaudente Concilio, quod  
Signaturam nominant, impetravit. Itaque & Societati  
Collegij nostri Rector idem erat & vniuersitate  
turus Academie: ex eodemque Collegio Can-  
cellarius eligendus, qui dignissimum quemque  
ad decretos doctrinæ gradus eueheret, & partis  
industrie decoraret insignibus. Verumtamen  
graues subinde coorta difficultates fecere, ne  
officiose ciuitatis consilium pares principiis ex-  
tus fortiretur. Interim illa nullis parcerat impen-  
sis, vt assigнатas Collegio aedes opportunos in  
vsius concinnaret: in eamque rem præter aureos  
annuos quingentos incredibili ciuium confi-  
xione ante decretos, duo millia circiter & quin-  
gentos impendit. Licuit igitur nostris Septembri  
exeunte migrare suas in aedes, scholasque conditi  
legibus aperi. Proximo vero ineunte mente  
docendi initium, luculentio orationum ac præfa-  
tionum apparatu, oratoribus Canisio & Palmio,  
multoque in publicum proposito carmine tri-  
plici

<sup>14</sup>  
Decretus  
Vniuersitat  
excitando  
Mojana, &  
tradenda

<sup>15</sup>  
Scholarum  
repetitio  
sapientiæ  
apparatu.

plici è varietate linguarum Hebreæ, Græcæ & Latinæ celebratum est. Res habuit plurimum gratulationis ac laudis, & cohonestante persona Proregis, & nobilitatis gestiente corona. Sed quo magis Societatis studia ciuium respondebant expectationi, eo ciues ipsi negotium Vniuersitat̄ vrgebāt: cuius conficiendi gratia litteras ad Ignatium dedere cum litteris quoque Proregis. Extra Gymnasium porro feruebant cætera pro animarum salute functiones. Templo ornatiore iam reddito non architecti operā modò, verū etiam sacrorum varietate cinerum à Prætoris coniuge Eleonora, & Elisabetha filia, Domenecus ad populum Prætoris ante conspectum in gynæcis Stephanus Baroëlius plena spiritu verba fundebant. Atque illius insuper misericordiā stipem cum Socio publicè quāritantis plurima vindictorum turba æc alieno obnoxia, solutis antē nexibus peccatorum, è diuturnis tenebris est educta, Proregis adiuuante, imò etiam stimulante pietate. Quam & communis imitata ciuitas est, & priuati complures; eiusdemque liberalitate, orphantorum sedibus extreundis congefa vis artis. Itaque crescabant in dies fructus, & fæse quotidiane messis fœcunditas profundebat, vt operarum quoque numerus fuerit, qui eam demeteret, auggendus. In Gymnasio præter crebrum Sacramentorum vñum Christianale explicari, cùm publicè in æde Collegij singulas inter hebdomadas, tum in vnaquaque clâle priuatum instituta est; ingenti scilicet parentum & Reipublicæ gaudio, nec bono minore. Habebat & Italicas conciones Canilius: habebat & suas Palmiūs, qui iam tum naturam ad dicendum admirabilem præferebat. Quibus concionibus adeò lœta messis exuberabat, vt ne auctus quidem operarum numerus ei demetenda paret. Tam lecundis Sociorum rumoribus excitata ciuidem insulae ciuitates & oppida coepertunt & ipsa Societatis ardentem expertere, & pro Collegio supplicare Proregi. Multa præterea toto Sicilia regno & admonente Proge, & Societate adiuuante magno cùm animaru, tum Reipublicæ comodo gelata sunt. Collegia seminarum adhibitis orationis exercitijs ad pietatem incensa: multisque locis, Agri-  
genti Panormique præsertim, eauum fluxi mores coëciri. Pluribus item cœnobij sacrarum mulierum, publicisque custodijs, tum are largè tributo, tum Dei verbo subuentum. Complures è Gymnasio Mamertino studium Societatis incenderat; sed prudentissime Natalis fecit, vt & lectissimo cuique propositis ad orandum communibus locis, exequitum haberet in communicanda Societas delectu, & ad eam incundam nemō verbo consilio ut excitaret à nostris. non quod adhortari ad vitam perfectam in loco minus liceat: sed quod lubricum negotium existimaret: vt qui probè noſſer celſiſſimum Religionis statum, non puerorum ludum esse, sed eorum, qui tota inductione animi, sublata in humeros cruce Christum sequi, & se ipsis omni ex parte abnegare consti-  
tuunt. Quod cùm aspirari nifſ Patre trahente non posſit, quis non videat quantas sit editura ruinas, si tantum consilijs res nitatur humanis? Itaque sa-  
tiūs existimabat homo prudens, si quorum de-  
cretum est animis opem fert, ijs non tam persuau-

deretur claustrum religiosæ vitæ, quam Sacramen-  
torum crebra & accurata tractatio: vt, si qui post-  
ea vocarentur à Deo, vocem eius paratiore ani-  
mo, & aure puriore perciperent. Quæ irem pro-  
uicio tanto erat Societati necessaria magis, quan-  
to illius vñus est cum iuuentute frequentior.

Linquamus Siciliam, & inspiciamus Herru-  
riam, cuius in vrbem Senas se contulit Lainius:  
Lainius  
Senis, turò  
Florentia  
euagelizat.  
vbi præter cætera ad frequentissimam multitu-  
dinem maxima in æde suo more dixit sub anni  
primordia: nec modò festis ad populum, verū  
etiam profestis diebus ad Monachas. Postea Flo-  
rentiam, vt fidem suam liberaret, ad Quadrage-  
simæ conciones reuenerit. Orsus à Septuagesima in  
templo maximo, celeberrimo de more conuen-  
tu. Audiebat illum sapè octo nouemque homi-  
num millia, & fructus numero respondebat.  
Quo die concio de Magdalena lacrymis haber-  
folet, eo die cùm ex more peruetusto meretricu-  
la conuenissent, carum circiter octo ad vocem  
Lainij resipuerunt. Canonici alijque ciues expe-  
tivit sapè Collegium rufus quærente, nec in eius  
alimenta de bonis suis, si opus foret, abnuere.  
Nec interim ingratu fuisse Otelli sermones, quos  
& in sancta Felicitatis æde quotidie, & sapè in a-  
lijs ædibus habuit, nouo eriam ex recenti sacer-  
dotio ardore succēsus: qui & ipso in templo prin-  
cipe vicarius Lainij auditus est. Ducis enim con-  
iux ad inchoandum Pisanum Collegium suam stu-  
diosè operam offerebat, eoque Lainium repente  
euocauit: quem & ad prædicandū Dei verbum,  
& ad res animi componendas adhibuit, Floren-  
tiam deinde remisit. Hic ille imposito suis con-  
cionibus fine sanè fructuosis, discessum parabat  
Venetas, vt cum illa Republica de Patavini Pri-  
oratus possessione, cuius causa grauis in nos sur-  
rexerat aduersarius, vtiam exponam, tuenda at-  
que usurpanda transigeret. Quanto autem & ci-  
uium & Ducis desiderio Florètia discesserit, con-  
sequi oratione vix queam. Ac Dux quidem lo-  
cum & sumptus ad Pisaniam Societatis habita-  
tionem vltro pollicitus; postea Lainio disces-  
sente, nec Ignatio rem virgente, mentein illam  
remisit.

Lainius autem Iao ſibi adiuncto cùm Vene-  
tias perueniſſet, in magna negotii desperatione  
Priorē S. Trinitatis offendit. Patavium profecti  
die beato Marco facio publicè in possessionem  
rei diuinae, quando in humanæ non poterant, ve-  
niunt. Regressique Venetas, dum componenda  
rei tempus aduenit, Euangeliō cæterisque suis  
ritè functionibus toti vacant. Verū rei compo-  
nitio longè detrusa Ferrariam ſe Iaius retulit, &  
Lainio ſocus ſubfucus est Salmeron, qui Bo-  
noniæ etiam tum Concilij cauſa ſe tenebat. Ad-  
uersabatur autem Societatis cauſa, & egregiæ Negotium  
pietati Prioris eius germanus frater, Eques ille  
Patavini College pro-  
quidem honestissimus, sed qui adiecto ad Prio-  
ratum oculo, quem iam diu ſe deuorauerat, &  
ſperè conſi-  
ſit, ſec-  
designauerat filio, totis pugnabat viribus, ne eo  
effici à B.  
ignatio di-  
ſeminatus im-  
petrato.

pau-

16  
Res Messe-  
na & in re-  
liqua Sicili-  
a ex vñis  
pietatis  
gusta.

17  
Prudentia  
Natalis in  
admitte-  
du in Soci-  
etatem ado-  
lescentibus.

pauperas inuenit. Verum vbi silentium consecutum est, sermonem Lainius orsus adeò sapienter modesteque de re tota disseruit, vt ad extremum cum perorasset, Senatorum omnium consurrectio facta sit consalutantium per honorificè oratorem, cuius suspexerant in tanta eruditione modestiam. Cuius etiam disputationem ab eodem postea de Senatorū sententia scripto mandata, in pleno Rogatorum conuentu (vt appellant) recitari placuit. Adeò in omnium animos & quæ vehementer ac suauiter disputatione illa penetrarat: inter cetera dum recenseret quām nouæ huius Societatis opera Deus vti voluerit, alijs per Italiam (paris, alijs in Germaniam missis, alijs in Belgium, & in Galliam, alijs in Hispaniam, ac præcipue ad Lusitanos, alijs demum ad Indos magno cum religionis Christianae incremento; videbit tamen adicere singulare Dei cura ex omnibus terris missos ad Venetorum ditionem. Nam primos Ordinis auctores, vbi confectis studiorum spatijs Lutetia recessere, conuenisse Venetias: ibi in nosocomio incurabilium, & sanctorum Ioannis & Pauli pauperibus cum approbatione ciuium ministrasse: ibidem ex ijs leprem, cum vniuersi numero non nisi decemessent, sacerdotio initiatos: in eiusdem Reipublice clarissime oppidis vrbibusque eos posuisse publicarum concionum exhortationumque rudimenta. Deinde ipsam Rempublicam à Summo Pontifice per oratorem suum Antonium Venerium clarissimum virum aliquot sacerdotes ex eadem Societate postulasse: cumque præ paucitate non nisi vnius mitti posuisset, eius operam Deo iuante, in verbi diuini Sacramentorumque ministerio Venetijs, Patauji, Brixie, Bassani probatam: aliosque sub hæc eodem è numero item Brixie & Vicetiae & Taruji & Veronæ secundum fama, & ciuitatum gratulatione versatos. Iporum quoque scholiarum sextum iam annum & studia & mores & operam Patauji in omnium esse conspectu. Denique his excipiendis, qui scilicet inopes Christi causa fecere, excoluntque ad animarum subsidia, fieri opus pietatis, in quo cuncta pietatis opera (breui singula declarabat) continetur, tum quæ ad corpora, tum quæ ad animas pertineant.

<sup>21</sup> Hæc alia que cum probarentur, testamen adhuc erat ad conficiendum difficultis, & genere ipso cause, & quia præpotens aduersarius. Quocirca Lainius, cum transfigendi negotiū nullum exiitum repeteret, Ignatium per litteras monet quo res sit loci, & ad placandum celeste Numen semel facis operetur, horratur. Fecit quod rogabarunt Ignatius, & Lainium postea de sacrificio Natali die Beatae semper Virginis ritè facta certiore facit, & bono animo esse iubet, spe iniecta minime dubia felicis eventus. Nec sanè alium, ac prædixerat, exitum habuit. Octauis eiusdem Virginis ferijs habitu Rogatorum concilio, cunctorū fecerit suffragij adiudicatur Societati possessio. Ingens admirationis stupor homines illius Reipublicæ vñi prudentes ac peritos inuasit, quod nullo exemplo, nullo more, aduersus patricium, & illius generis Equitem, in conuentu Senatorum centum & quadraginta quinque (tot enim interfuerere dando suffragio) vbi tam multis Senatoriis Eques & amicos & propinquos habebat,

tantum humiles exterijs; homines potuissent. Duo quippe ex Senatu illo dumtaxat, qui suffragarentur Equiti, sunt inuenti; cum tamen ille suis antea denunciasset amicis, quemcunque fors de disseuerent, eum se acceptum eorum fidei gratiae laturum. Sed nimur antiquior eis veritas, quām amicitia vel propinquitas fuit. Acne quid hominum gratia studijsque tribueretur, sed omnia Deiclementie referrentur accepta, quo de decreta nostris est à Senatu possesso, adfuerunt Senatori illi, qui præ ceteris Societati fauebant: commemoratque Ribadeneira, quicum Lainio præsens aderat, idemque ipse Lainius ad Ignatium scribit, Vincentium Ricciū prepositum illius Senatus arcans, cum causa hæc agitur, ita nostros compellare solitum, Nullum mihi vobisq; Patres, aut amicitię aut officij ius, nulla necessitudo intercedit: verum tamen hanc mihi Deus, vt sentio, mentem dat: pietati & æquitati causæ consilium est omnia posthabere. Adhuc vertit Deus in Societatis commodum,

quod aduersarij in eius moliebantur incommode. Qui cum de Patauini Collegi; Socijs improbos sparissent vulgo sermones, vt eos in iniuriam & suspicionem adducerent: Senatus in eorum iussit mores atque doctrinam claram diligenter inquire, consilio propè diuino. Nam qui-

bus id muneris mandatum est, ac nominatim Ludouicus Donatus Capitanus, vt vocant, ac Vicepotestas, nostris inscijs, de eorum vita moribusque tanta ad Senatum scripsere cum laude, vt non modò omnis sit absteria suspicio, verum etiam & eorum quæ penè latebar probitas declarata, & in gerendis rebus sincerissima mentis candor. Id videlicet Senatum impulit, vt rem pro Societate decerneret, ei que possessionem, quam querebat, adiiceret. Re transacta perlatæ sunt Venetias Pontificis litteræ, & in Senatu publicè recitatæ. Ex Senatorum de confecto negotio latitudinem auxere. Qui suam insuper operam Societati ad maiora, cum vñsi posceret, sponsonderū. Sanè ex eo tempore complures illam è Senatoribus complexi sunt: eorumque benevolentiam ac studia Lainij non intermislus dicendi laboraluit. Is cetera inter officia festo dic sacras pro concione litteras explanabat, & priuatis congregibus omni hominū generi confulebat. Nec minùs & ad placandos aduersarios, & ad confirmandam in honorum animis Societatis opinionem prudens Ignatij liberalitas valuit, cum annuuo aureorum quadringeritorum ex accepto Prioratu pensionem sponte sua nepoti Prioris obtulit. Quanquam Priori quidem longè fuit Patis animus gravior, quām liberalitas: maluitque vir pius Deo intacrum & illibatum esse quod dederat, quām id cum carne & sanguine disperire. Ceterum Patauji Socij nostri & se & proximis pariter excolendis pro sua virili tanto muneri responebant: tametli vberiores in horreum Domini fructus per studiorum curas condere non licebat. Virgebantur enim acriter studia illa, quod meliora fabricarentur animis adiumenta. In hoc Collegio Petrus Faber Belga, cuius suprà meminimus, ne Fabro alteri discellum ex his tenebris inuideret, cumde in illam lucem biennio post securus est abeuntem: qui morte appropinquante velut acto de

<sup>23</sup>  
Morimus  
Patauji Petrus  
Faber  
de Halla.

hoste

hoste triumpho, in ea diuini oraculi verba, *Laqueus contritus est. & nos liberati sumus*, fidenter animam egit. Dirempta pro voto lite Lainius aliquanto post Romanum Salmeron Veronam, Antistite postulantem, discessit. Is inuenit anno cum Bononiae, Concilij causa versabatur (nondum enim solutum id erat, tametsi nihil grauior in eo momenti iam gerebatur) nullum prætermittebat de proximiis bene merendi munus: ac præter statas Quadragesimæ conciones ad sancte Lucie, viros etiam primarios ex Ignatij præceptis ad orationem informabat, & nobilium confessionibus operam dabant. Quo in utroque munere latius adhuc par-

<sup>24</sup>  
Bononia ob-  
it & munera  
& Salmero-  
ne, &c.

<sup>25</sup>  
& Pascha-  
ho.

tebat Paschalij labor, qui viros feminasque complures, in ijsque marronas amplius triginta in imperatis orandi meditandique locis acriter exercerbat. Quanto cum fructu testata est cum feminarum egregia mutatio, quæ spretis Satanæ pompis Christo vacare pija in precibus, & subleuans pauperibus didicerunt; tum eorum, qui ne quid amplius cum saeculo haberent, salutaris penitentia fuga, partim se ad Societatem nostram, partim ad alia transtulere cœnobia. Praeterea autem Paschalij fructibus, Parochorum fuit ad meliorem frugem sacerdotumque reuersio. Erant enim tanta intemperantia nonnulli, cum honoris sacerdotalis oblitus, tum muneris, quod gerabant, vt lupas secum & scorta ducerent. Sed pia orandi conuentudine perfectum est, vt qui ab eatum non poterant diuelli cōsuetudine, mox putrida carnis scabie atque dulcedine cum suauitate Domini commutata, facili negotio disiungentur. Complures etiam vigilans & nauis Pater, pestilens Lutheri dogma dedocuit, & Catholice ac salutare perdoctos ad Sacramenta fali- dduxit. His Patrum studijs officijsque apud S. Luciam, qui templum illud celebrare conuerterant excitati, simul ac senserunt à nostris stabile domicilium tota vrbe perquiri; duas templo coniunctas edes, ne inde illi migrarent, eorum in viis suis sumptibus comparatur, suamque insuper in aedificium operam obtulerunt: vt id operis simul inchoatum, & magna sit ex parte hociquo anno perfectum. Vix propriam nacta fudem Societas, haud vulgare in proximo S. Lucia templo pignus cōdidit Iacobum l'Hostium Bel-

<sup>26</sup>  
Inchoatum  
Bononia  
proprium  
domicilium  
ad S. Lucia.

ganum virum optimum, quem de Societate primum in Sicilia Agrigentum in animarum caufa nauiter elaborasse suprà meminimus. Is è Sicilia Louaniūm profecturus, Louaniensis Collegij Rector à suis popularibus postulatus, cùm ex itinere Bononiā venisset, morbo ac laboribus fraetus ad æternam vocatus est requiem. Huic B. Ignatius in Siciliam abeunti dedit (vix erat solitus) in mandatis, vt octauo quoque die ad se perscriberet. quod ille executurus, quamvis sapè non esset cui daret litteras, & decantare siépe eadem cogebatur; nullam tamen elabi patiebatur hebdomadā, quin aliquid exararet: malebatque tabelliorum penuria plenos diu reseruare fasciculos, dum dandi se facultas offerret, quam nimis prudens in parendo videri. Acciditq; nonnunquam, vt cum quid scriberet nihil esset, hoc ipsum tamen scribere non puderet, nihil illa hebdomada ab se gestum. Cuius modestia patiter, minimeque facta obedientia mirè captus Ignatius affir-

<sup>27</sup>  
Iacobi l'Ho-  
stij mors  
Bononia, &  
virtus.

Hist. Societ. Iesu Tom. I.

mauit confessionem illam longè sibi gratiorem fuisse, quam si multa ac præclara geffisset.

Veronam Salmeron, quod dudum dicere in-  
sisteram, Ludouici Lipomani Episcopi optimi <sup>28</sup>  
& doctissimi viri, cuius multa extant præclara <sup>etiam Verō-</sup>  
monumenta, rogatu se transtulit, vbi iisdem & <sup>na operam</sup>  
dicendi & docendi muneribus in æcra per-  
functus, ciuium animis valde profuit. Nam &  
mentes hominum in fide mutantur, ac peregrinis  
doctrinis abductas in religione Catholica confir-  
mavit: & ad eius vocem probrosi hereticorum  
codices à dominis vltro prolati, incendio mul-  
ctati sunt. Reliqua ab eo ex instituto gesta, quam-  
diu Veronæ fuit: fuit autem ad breuem moram:  
nam Duce rogante Bauariae, iussus est à Pontifice  
in Germaniam proficisci. Iaius toto ferme anno <sup>29</sup>  
Ferraria confudit, posteaquam ab Lainio Vene-  
tij digressus est: Ferraria autem & Ducis & pri-  
marij cuiusque viri confessionibus præfuit, agro-  
torumque insuper in valetudinario communis,  
multo fanè libertius, quam nobilitatis in aula.  
Nec defuit continens vox monensis seu publica,  
seu priuata, qua & feminas, quæ se omnibus per-  
uulgabant, & viros vitæ huius irretitos illecebris  
in cœnobiorum claustra compulit. Consuleba-  
tur Duce cum de animi salute, tum de recti offi-  
cij ratione sanè frequenter; cuius etiam hortatu  
omni conatus est ope vxorem eius opinionum  
prauitatem deceptam de errore fraudeque deducere. Verum, vt est tenax in utramque partem fe-  
minarum ingenium, seu superflitio animum per-  
culit, seu religio; eius tum quidem conatus Deo  
viroque gratiore, quam vxori salubriores fue-  
runt. Accesit & hoc anno labor saluberrimus Sil-  
uestri Landini, qui tota Luna Sarzanæque dice-  
cesi, Fiuizano præsertim in oppido, motu incre-  
dibile excitat. Quippe adhibitis ad dicendi  
munus de more ieiunijs, lancisque precibus, pe-  
netrabat ancipiiti diuini verbi gladio medullas  
cordium, intimosque recessus. Diebus non plus  
viginti conformata sunt co dicente Sodalites  
ac cœtus, collegia excitata mulierum, mos cre-  
bræ confessionis inductus, lex explicata Christi-  
ana; hereses, quæ iam altè in ijs regionibus fuc-  
crescebant, extirpate radicis. Quo in genere  
adeò exarit, vt aliquando contra hereticorum  
turbulentam dementiam continentis oratione  
sex horas dixerit, accit deinde Romanus, Fulgi-  
numque Episcopo flagitante missus, varias & il-  
lic animorum communiones fecit. Admiranda  
sanè eius erat in audiendis hominibus patientia.  
Afferebat aures vigiles horis antelucanis obscu-  
ram in ædem, & ad secundam noctis nullo tedium,  
nulla defatigatione defessas confitentibus exhibe-  
bat. Eo hortante copiosum in egenos eroga-  
batur argentum, nobiles discordie sedabantur:  
ingens hominum vis ad disciplinam diuinæ le-  
gis, quam tradebat ipse cum Pastoris commen-  
datione mitifica, concurrebat. Per exercitia B.P.  
Ignatij adhibebatur virtus robuitissima tempera-  
tio; & in peccatis obfirmata mens hominum ad  
penitentia & confessionis lacrymas flectebatur.  
Erat in dicendo semper idem qui fuit, effeu-  
scens, & ignem spirans, cerebraque ex concione  
lacrymas exprimens, tanto animorum assensu, vt  
perbeatus libi videretur Antistes, quod ad pre-

P sentem

mauit confessionem illam longè sibi gratiorem  
fuisse, quam si multa ac præclara geffisset.

Veronam Salmeron, quod dudum dicere in-  
sisteram, Ludouici Lipomani Episcopi optimi <sup>28</sup>  
& doctissimi viri, cuius multa extant præclara <sup>etiam Verō-</sup>  
monumenta, rogatu se transtulit, vbi iisdem & <sup>na operam</sup>

nauat,

dicendi & docendi muneribus in æcra per-  
functus, ciuium animis valde profuit. Nam &  
mentes hominum in fide mutantur, ac peregrinis  
doctrinis abductas in religione Catholica confir-  
mavit: & ad eius vocem probrosi hereticorum  
codices à dominis vltro prolati, incendio mul-  
ctati sunt. Reliqua ab eo ex instituto gesta, quam-  
diu Veronæ fuit: fuit autem ad breuem moram:  
nam Duce rogante Bauariae, iussus est à Pontifice

in Germaniam proficisci. Iaius toto ferme anno <sup>29</sup>  
Ferraria confudit, posteaquam ab Lainio Vene-  
tij digressus est: Ferraria autem & Ducis & pri-  
marij cuiusque viri confessionibus præfuit, agro-  
torumque insuper in valetudinario communis,  
multo fanè libertius, quam nobilitatis in aula.  
Nec defuit continens vox monensis seu publica,  
seu priuata, qua & feminas, quæ se omnibus per-  
uulgabant, & viros vitæ huius irretitos illecebris

in cœnobiorum claustra compulit. Consuleba-  
tur Duce cum de animi salute, tum de recti offi-  
cij ratione sanè frequenter; cuius etiam hortatu  
omni conatus est ope vxorem eius opinionum  
prauitatem deceptam de errore fraudeque deducere. Verum, vt est tenax in utramque partem fe-  
minarum ingenium, seu superflitio animum per-  
culit, seu religio; eius tum quidem conatus Deo

viroque gratiore, quam vxori salubriores fue-  
runt. Accesit & hoc anno labor saluberrimus Sil-  
uestri Landini, qui tota Luna Sarzanæque dice-  
cesi, Fiuizano præsertim in oppido, motu incre-  
dibile excitat. Quippe adhibitis ad dicendi  
munus de more ieiunijs, lancisque precibus, pe-  
netrabat ancipiiti diuini verbi gladio medullas

cordium, intimosque recessus. Diebus non plus  
viginti conformata sunt co dicente Sodalites  
ac cœtus, collegia excitata mulierum, mos cre-  
bræ confessionis inductus, lex explicata Christi-  
ana; hereses, quæ iam altè in ijs regionibus fuc-  
crescebant, extirpate radicis. Quo in genere  
adeò exarit, vt aliquando contra hereticorum  
turbulentam dementiam continentis oratione  
sex horas dixerit, accit deinde Romanus, Fulgi-

numque Episcopo flagitante missus, varias & il-  
lic animorum communiones fecit. Admiranda  
sanè eius erat in audiendis hominibus patientia.  
Afferebat aures vigiles horis antelucanis obscu-  
ram in ædem, & ad secundam noctis nullo tedium,  
nulla defatigatione defessas confitentibus exhibe-  
bat. Eo hortante copiosum in egenos eroga-  
batur argentum, nobiles discordie sedabantur:  
ingens hominum vis ad disciplinam diuinæ le-  
gis, quam tradebat ipse cum Pastoris commen-  
datione mitifica, concurrebat. Per exercitia B.P.  
Ignatij adhibebatur virtus robuitissima tempera-  
tio; & in peccatis obfirmata mens hominum ad  
penitentia & confessionis lacrymas flectebatur.  
Erat in dicendo semper idem qui fuit, effeu-  
scens, & ignem spirans, cerebraque ex concione  
lacrymas exprimens, tanto animorum assensu, vt  
perbeatus libi videretur Antistes, quod ad pre-

<sup>30</sup>  
Silvestri  
Landini  
circum Sar-  
zanam pro-  
ficiens.

<sup>31</sup>  
Mitterius  
Fulginum:  
& pari ibi  
cuentus la-  
borat.

sentem sui gregis opeam, talem sibi virum diuina prouidentia submisserat.

<sup>32</sup>  
Lainius in  
Siciliam  
prefectus  
Neapolis exi-  
mum So-  
ciatis pe-  
cimen edid.

Redeo ad Lainium in Siciliam prosectorum, quæ & Alexander Farnesius Cardinalis, vt Montis Regalis Ecclesiam, cuius ipse Praeses erat, inspiceret; & Sicilia Prætor Vega, vt ei regno Euangelica prædicatione nauaret operam, postulabant. Ea causa fuit ut Neapolitanis quoque ciuitatis nostris homines degulfiaret. Nam cùm in Adventu Dominici ferias Lainij iter incideret, illuc ipse quod reliquum erat anni, concionando consumpsit. Placuit autem priuatae quietis gratia apud Monachos S. Benedicti diuertere. Cui Nolani Comitis vxori Maria Sancta Scuerina, quæ Nolanum deinde Collegium fundauit, parietate & nobilitate femina pro sua singulari caritate euidit, vt necessaria suppedaret ad victimam. Exceptus est perhumanus à Protege, & ad Oliuerti Montis comiter auditus. Varijs autem locis conciones instituerat tanta hominum siti, ut eodem interdum die semel, iterum, ac tertio dicendum et ad populum esset. Dixit aliquoties in aede principi: dixit & ad D. Maria Majoris frequentissimo honestissimoq; conuentu, tantis autem motibus animorum, ut aduocanda Societate confessum, parandi que ei quamprimum sedibus liberari sit coepit. Explanations eriam Scripturæ diuinæ in eodem cenobio, ubi diuersificabatur, instituit. Nec tamen aurem aut consilientibus denegabat, aut sua peccata pandebat. Comes eius Joannes Philippus nondum sacerdos adiumento illerat, & in exercitorum tradenda notitia, & in Christiana explicacione doctrinæ. Quarum rerum vñs latè admodum patere in ea virbecepit. Curaturque à Lainio est, ut ipsis abundanter non deficeret, qui simili ratione vulgo scholam illam in more iam positam explicaret. Abeunte singens multorum subfecitus est mentor. Et Abbas quidem S. Scuerini, qui Lainium hospitem tot diebus habuerat, toto suo cum cenobio discellum hominis peracerbere tulus, nec contineare illa ratione se potuit, quin cum Ignatio multa per litteras quereretur, quod hominem ad eam ciuitatem mire factum, alio repente legaret. Alterumque Lainium, qui eadem pro Dei gloria, & animarum salute præstaret, ex Virbe poposcit.

<sup>33</sup>  
Res Boba  
dilla in  
Germania.

Dum hec in Italia geruntur, Bobadilla sui semper similis Catholicam apud Carolum rem curabat: Hispanis aulicis Italique permultis aures in confessione præbebat, complureque de restituenda in Germania religione libellos scriptibat. Experebatur a proceribus multis: quibus ut moré gereret, modo ad hunc, modo ad illum ad definitum dieturum numerum diuersabatur. Sentit enim operam suam, si quando vñquam, Germania necesariam hoc anno maximè: cùm post partam Caesaris ex hereticorum insolentia victoriam, plurimi etiam in Saxonia de Præfulibus atque Dynastis ad aitiam religionem cum integris populis migrae le velle profrehantur. Permissumque fuit, quād eam muli in tanta operum paucitate remigraverint. Et quidem Electores, Palarinus, & Brandenburgensis, cùm Augustevnā cum coniugibus versaretur, tota Quadragesima diuinæ semper psalmodiæ, sacrificiisque

solennibus interfuerūt: Brandenburgensis autem vetuit suos totum per id tempus carnes, cæteraque ab Ecclesia veritas escas attingere: idemque confessionis & Eucharistie vsum, moremque Catholicum imperauit, pollicitus insuper se Christi Ecclesiaz quidquid abstulerat, redditurum. Orthodoxi vero Itali Hispaniq; optimo erant Germanis exemplo: quorum in Quadragesima tantum tamque admirandus extitit ardor, ut feria quinta in cena Domini, ne in summis quidem illius plague frigoribus niuibusque præaltis publicam sui verberandi consuetudine intermisserint. Nec minor haereticos stupor oppreslit, cùm longum tota virbe se diuerberantum agmen, & lacerantium cum sanguine terga contemplabantur attoniti, ut etiam per fidem dicitarent, siccum illum non verum fuisse sanguinem, qui de cuiusque dorso decurreret: & suspicionem suam facile probarent in vulgus, nū infecta cruce flagella, vestesque te cædentiū in medium repente prolata frigidam Lutheranorum calumniam, & commētum nane refellerent. Vlnæ etiam Germanorū amplius septenta milia geminum illud, quod antedicti dixi, latutis mysterium Catholicæ more tractabant: restitutumque Dei clementia longo est interhallo augustissimum Misericordiam Sacrum. Verum cùm multa in Germania profluenter ac prosperè cecidissent, illud tamen ex Bobadilla voluntate non omnino sat: in quo ipso non vulgarem ille apud fanos adeptus est landem. Nam cùm libellus vulgariter de Catholica fidei doctrina ac ritibus, intermixtus Germania tantisper, dum Concilium res statueret, sequeretur, vnde nomine libello factum est, *Inferim*; in eoque permittere naturali aqua pacis gratia, quæ nec lati congruere Catholicis, mox viderentur, nec Caesaris possent auctoritate constitui: Bobadilla talis concordie generi, & dictis pariter & scriptis se se constanter opponuit: eoque est aduerlando & contradicendo progressus, ut quamvis esset in curia Principum plenique percarus, à ministris tamen Imperatoris, qui concordiam illam confisi, priusquam in Belgium Caesar recederet, cupiebant, iuslī fit ipsius Caesaris nomine è Germania facescere. quod ille sanè numeravit in lucris, cùm pro se causa stareret, & gloriosum sibi duceret magis Deo placere, quam hominibus. Ergo instructus equo, itinerisque subsidij, & bona ipsius existimatione apud Sedem Apostolicam, cui cōcordia illa probarinon poterat, non parum aucta, remittitur in Italianum. Verum B. P. Ignatius amandatione illa cognita, neendum satis liquidò causa comperta, itemque veritus ne iustum in repugnando modum Bobadilla transfilijster, reuertentur ad Vrbem non continuo recipiendum suas putauit in aedes; sed ita in eius se reditum sustentauit, ut nec Pontificis, nec Caesarianis villa præbereretur ad reprehendendum anfa, nec ceteris de Societate operatis vi quam locorum ad res gerendas aditus redderetur angustior.

Coloniæ Leonardus Kesselius cæteris prepositus Socijs, in academicis elaborabat externis: quorum ad eum multo non vulgaris ingenij, nec communis indolis ventitabant. septem Societati datis nominibus apud nos Religiosum in morem se continebant: nec reliqua ciuitati Pater dicerat seu

<sup>34</sup>  
Pietatis  
lorum &  
Hispaniæ  
Anglia.

<sup>35</sup>  
Bobadilla  
confusum  
objicit li-  
bello, qui  
distinxit  
eum, rem  
inbetur  
Germatis  
faceſſet.

<sup>36</sup>  
Caſtio I.  
Ignatij  
Principis  
offenderat

<sup>37</sup>  
Re Col-  
nientis  
Germatis  
faceſſet.

38  
Gerard  
Carthusia  
Prioris in  
Societatem  
pietas.

39  
B. Ignatius  
quanta ve-  
neratione  
traharet  
Ecclesia re:  
& quomodo  
piacularia  
grana daret

40  
Nicolai  
Gaudani  
salutaris  
Bergu ope-  
ra, qui cum  
Daniele Pa-  
ebrnk. &  
Nicolao La-  
noio Romam  
accitur.

41  
Lutetia So-  
cietas init  
Euerardus  
Mercuria-  
nus, ii, qui  
fuit postea  
quaratus  
Generalis.

42  
Rei Hispana-  
ciae.

seu audiendis remittendisq; peccatis, seu de Deo  
verbis publicè faciendis: compluresque pietate  
incitati nostrorum sacræ confessionis & Eucha-  
ristie mysteria frequenter inibant. Porro dome-  
stica paupertati Coloniensis Carthusiæ Prior Ge-  
rardus subsidio erat: cuius pietas tanta fuit, vt  
non modò Socijs octo Coloniensibus alimenta  
præberet, sed Romanæ Societatis egestate per-  
specta quingentos ad Ignatium Rhenensem au-  
reos subsidij caufa tranmisserit. Et quoniam ali-  
quot piacularia postulauerat grana, Ignatius ei  
septem numero misit, admonens se ab alijs, qui  
bus vnum ex ijs traderet, solitu exigere, vt si tu-  
tius vitæ generalem confessionem nunquam in-  
stituissent, primo quoque tempore instituerentur:  
ac deinceps Eucharistiam & Exomologesim fin-  
gulis ve minimum mensibus instaurarent. Quas  
conditiones B. Pater addebat pro singulari sua  
Ecclesiasticarū rerum veneratione, & quia semper  
illue habebat intentam prudentissimæ sua-  
mentis industriam, quemadmodum animas ad  
diuinæ gratiæ statum ipsa adiuuante gratia reu-  
carter. Addidit gratiæ animi ergo Coloniensi Pri-  
ori, ciuique monasterio, Societatis meritorum ple-  
nam communicationem.

Louanij Daniel & Adrianus cum alijs quibus-  
dam, & litterarum simul studijs, & proximorum  
bono vacabant. Bergis inuigilabat animis Gau-  
danus, qui fructum ex ea vinea tuliteiusmodi, vt  
vescentium celesti pane frequentia veteris Ec-  
clesia facies exprimi quodammodo videtur.  
Opponebat ille se audiæter hereticis, & abdu-  
ctam à Catholica religione plebem in sinum Ec-  
clesiar reducebat, ipsis hostibus admiratione per-  
culsis. Componet vulgi mores, & modò ve-  
stium luxum, modò conuiiorum immoderatos  
sumptus libera oratione carpebat. Hunc ad Ve-  
rem Ignatius cum Daniele & Nicolao Lanoio,  
aliisque nonnullis, quò facilius Societatis ini-  
tutum, & vitæ formam arriperent, eucauit. Erat  
autem Lanoio in Theologia Baccalaureus, Ca-  
nonicisque Furnensis, idemque in Augustiniano  
cenobio magister ac docto: cuius de virtute  
suis nos infra locis.

In Gallia nondum alibi, nisi Lutetia Societas  
reuidebat, cui tum præter post discessum Pauli  
Achili, Joannes Baptista Viola. Hic vnâ cum  
Socijs doctrinarum studijs operari dabit: inter-  
timque nonnullos academicos, qui videbantur  
vineæ Domini profutri, Sacramentorum mini-  
sterio, sanctisque meditationibus exercebat. E  
principis autem in eo genere lucris, Euerardus  
scilicet Mercurianus fuit, is, qui postea vniuersæ  
Societati præfuit. Qui cum in exercendo de mo-  
re spiritu plurimū profecisset, suis in Belgio re-  
bus ante compositis, Lutetiamque deinde reu-  
erfus, Natali Deipara die iam Philosophus Theo-  
logusque, nuperque sacerdos creatus Societati  
se reuertit. In ea breui non vulgarem in hominum  
pertraetandis ac iuandis ingenij apud omnes  
adeptus est laudem. Quantum autem vitum reli-  
quus vitæ cursus, & magistratus probè gestus of-  
tenderit, tum memorabitur, cum ad ea tempora  
ventum erit.

Latius in Hispanijs res patebant, & quidem in  
medijs flutibus ac turbinibus, Salmatice Com-  
mune. Hist. Societ. Iesu Tom. I.

plutiique præsertim; in eis nimis vrbibus, vi-  
de postea maior extitit frugum meliusque letitia.

Ac Salmanticam quidem Michaël Turrianus, vbi  
iam notissimus erat, Ignatii iussu cum Petro Sc-

43  
Salmantica  
domicilium  
inchoatur.

uillano se contulit. Is anno superiore varijs Arao-  
zium in itineribus conitatus, eius exemplo, salu-  
berrimisq; colloquijs, ac maximè studio suo ma-  
gnum ad pietatem gradum fecerat, vt etiam Ca-  
farangustanae & Complutensis Ecclesias Cano-  
nicatus, vnâ cum per honorifica Theologiæ ca-  
thedra recusarit. Qui dum Toletu Salmanticam  
transit, adiunxit sibi Ioannes Baptista Sancium  
Toletanum, nobilem postea verbi Dei præconis:  
cuius cum praecordia Dominus pertentasferet, au-  
reorum ad tria millia de suis bonis erogauerat in  
egenos. Quo posito fundamento sequi cum Tur-  
riano Christum in Societate decrevit. Dederat is  
& Philosophis & Theologis operam: nuncupa-  
tilq; Societatis votis eodem cum Michaële Sal-  
manticam venit. His sece Maximilianus Capella  
de Lusitania reuerfus adiunxit. Quibus omnibus  
cum comitibus vrbem illam Turrianus ingrel-  
sus, domunculam mercede conduxit Augustini-  
ano monasterio propinquam, ex qua postmo-  
dum in aliam æquæ htmilem est facta migratio è  
regione S. Blasij. Hic tanta Patres virgebantur in  
opia, vt cum sibi concinnassent è conclavi cubi-  
culo facellum, ad id ornandum pœta tabula  
non sufficeret, fed in eo impressam hæc lo quam  
in papyro figuram, pro scite pœta tabula colloca-  
rent. Quam tamen egestatem placidissimè fere-  
bant præbendis confessionibus autibus, erudiens  
Christianæ lege puerulis, frequentandis in-  
uandisque valetudinarijs, publicis denique cu-  
stodijs interuisendis intenti. Ut autem ciuitatis  
moderatores senerunt, Dei seruos nihil ex suis  
laboribus præmijantia in egestate perquirere, &  
huic abstinentia patem comitari modestiam, hu-  
militatem, pietatem, certos ad eos homines sub-  
misserunt, qui curiosius exquirerent & explora-  
rent, quod genus hominum illud esset, quæ vita,  
quæ mores. li Turrianum allocuti, & de Societa-  
tis rebus copiosè & grauiter ab eo edoëti, sic ad  
eam subito totis animis inclinarunt, nihil vt eo-  
rum in moribus institutisq; quod in dubium ver-  
terent, amplius esset: sed tam exploratis perspe-  
ctis que rebus, tam secundis in Societatem & ani-  
mis & sermonibus se retulerunt ad suos, vt cæ-  
teri impulsi consules atque rectores suis vxoribus  
imperarint, ne ad confessiones suas in posterum  
alios, nisi ex ijs Patribus adhiberent. Vnus autem  
ex ijs qui missi fuerant, tam extrema Patrum per-  
motus in opia, rudi illa, quam dixi, figura in papy-  
ro signata suis è facello reuulsa manibus, elabo-  
ratam aliam penicillo tabulam dono misit, in qua  
ostenst Hebraicæ multitudini à Pilato Christi  
Domini mileranda imago spectabatur. Ea tabu-  
la, & plena pieratis imago adhuc visitur & serua-  
tur à nostris testis egestatis, & prisca paupertatis  
exemplum. Rerum curſu ſat proſpero repentina  
concitatur ex nobili concionatore Theologiæq;  
Doctore tempestas. Quippe sempiternus hostis  
humanae salutis, vt omni fraudum genere pollet, exagitatur.  
ad recte copta disturbanda, quæ aliter nequit,  
hanc adhibet in pessimis artem, vt interprocura-  
tores ipſos diſſidia ferat: quæ quidem inter homi-  
nes

nes Religionis professione conspicuost tanto sunt pernicioſa magis, quanto populus Christianus clariora ab ijs exempla caritatis & conſenſionis expectat. Neque ea eſt vna pernicioſes in concertationibus illis, ſed alie multæ grauiſſimæ. Difrahuntur vires cohortium Chrifti, quiſe contra communem hōstem iuuare debuerant, iniucem atterunt; auſtoritas ſuper hec, in qua reum apud populos agendarum acies eſt, hebetatur ac frangitur. Ergo fraudulentissimus draco inclatam videns ex vna parte ſancti Dominici ſobolem, & rerum antiquitate gestarum, præclaris que deinceps ac perennibus in tempus omne laboribus atque virtutibus inter praecipua Ecclesiæ ſanctæ peritare columnam: atque ex parte altera Societatis proſperè adoleſcentis incrementa, contraque nefarios ipſiusmet impetus multiplicari copias intelligens, harum inter ſe familiarium hominum committere ſapè tentauit, ſpecie quidem recti (qua viri boni arte falluntur) ſed conſilio peſimo: vt, quod modo ſignificabam, interſum certant, neutrī Reipublicæ vlla re tantum prolinet, quantum in anib⁹ contentioñib⁹, & inconfiderata emulatioňis exemplo noceant. Sed, vt adhuc Dei Domini que communis prouidentia, vigilantia Pr̄ſidū, & ipſorum priuata Religioſorū cura inſidiatoris nequissimi deprehenſe eluſeque ſunt artes; nec ad multos permaſauit venenum, quamuis aliquem interdum afflirat: ita ſpes eſt in posterum faci vtriusque vexilli milites, cum ſanctæ caritatis, mutuæq; conſpiratioňis glorioſo certamine bella Domini bellaturos. Ex hoc igitur ſanctitate ſapienciaque, & ornamentoſis omnibus ſpectabilis Ordine Melchior Canis, huius (quamidq; exequimur, vt contra callidissimum virtutis hōstem cognitio eius fraudum vigilantiam bonorum exacut præmuniatque) concitator procellaſuit. Is, dum temporum ante aëtorum curſum ſtatuumque præuentum nota & comparat, in eam venerat argumentando ſentientiam, quam & tenebat firmiter, ac penitus in animum demiferat ſuum, inſtare defricta ab Apoſtolo nouiſſima tempora, mox adforate Antichriſtum, iamque prodromos eius addeſſe. Hos, quantum ipſe ſibi videbatur ex Litterarum ſacrarum comprehenſiſſi noſi, homines eſſe Societatis; ac proinde populo fidei omnino cauendos: ſuarumque partium eſſe monere, prædicere, denunciare priuatum & publicum ne incauti mortales per ſpeciem pietatis ſibi misere patrentur imponi. Quam peruasionem Antichriſti ſiue instantis, ſiue iam natī hoc tenaciū arripuerat, quod, ſi in ea falleretur, dicebat vacare periculo. Nam increbuſſe eam Apoſtolorū tempore, deinde Magni Gregorij ætate celebratam, poſtremo S. Vincentiū Fererium in eadem fuile: atque adeò falli cum Sanctis nihil turpidinis, nihil habere diſcriminis: quanquam Deus nemini ita ſuam adalligat potentiam, quin poſſet easies cui & quando libitum fore, reuelare. Quo loco licet animaduertere, quantum habeat vim præcepta ſemel, & altius immixta in pectus opinio. Namque ſapiens hic alioqui Doctoř ex Antichriſti rumore, qui ſapè vanus extiterat, vnde admoneri debuit, ne & ipſe in errorem faciliteraperetur, cauſam vtrō traxit errandi eo quidem

minus impetrabili venia, quod dignorare non debuit homines olim fuisse, qui & ipſas Mendicantium, atque adeò ſanctorum Dominicī & Franciſci ſanctissimas familias eadem fabula in contemptum vocare conati ſint, & ex iſdem, quas ipſe colligebat, notis oſtendere alleclas earum nuncios Antichriſti eſſe, vt videre eſtvel apud Sanctum Thomam, quilibet contra impugnatates Religiones, docte pieque aduersariorū imprias calumnias & infanas rationes refellit. Ergo quæcumque in Societate cernebar, qua ſpeciem haberet noni, qualia necesse erat videri non pauca, cūm ipſamer modò genita, ac planè noua eſſet; ſine villa dubitatione in eum ſenſum Antichriſti atque ſatellitum eius interpretabatur. Appellabat alicubi populus homines Societatis Hispano vocabulo Inigistas: id aiebat Melchior proprium hæreticorum eſſe de auctoris dicinomine: ſic Nicolaitas, Arriahos, Pelagianos, nouiſſimeque Lutheranos ab nefaria lecta inuentoribus nominatos. Quod cūm diceret, non tamē animaduerterebar clarissimus S. Benedic̄ti, Dominicī, Franciſci, alijsque familijs, quas plerique mortalium ab parentibus vocant, iniuriā irrogari. Quod autem primi illi Patres Societatis operarum paucitatem laborum multitudine compenſatur, frequenter in hominum conſuetudine cernerentur; id aiebat eſſe penetrare in domos. Cūm pueris infim⁹ eque arati rudimenta fidei ſummo ſtudio tradi videbat; hanc omnino artem hæreticorum monocabat eſſe, atque adeò Iuliani olim deforit oris fuile, quod teneros annos aduersus Christum veneno impietatis imbueret. Quod Societas, quippe cūm Clericorum eſſet ordo, nullo vrebatur habitu ſimili Monachorum, ſed tantum communis probatoque ſacerdotio; id fieri interpretabatur ad obtegendas culpas, & maiorem peccandi licentiam, ne certus uestiū ornatū, & religioſa professionis insignia frāto eſſent. Nondum abſolutę erant Coſtitutiones Societatis a leges; in quibus condendis nunc maxime B. Ignatius defudabat induſtria, tantum quiſuidam, vt diectum eft, monitis, & caritatis legibus viuebatur: id veſtū cūm Melchior ſcrutatus omnia, comperiſſet, Illuminatorum proſrus aiebat eſſe nullis coēceri legibus, ſed ſui quemque ſenſus agi libidine. Exercitia ſpiritualia, quia nulliſunt, niſi ad meditandum vſui, eaque vulgari paſſim non expedit, ne, quz percipi meditando debet vtilitas, lectione euangelicæ; hanc non vulgandi curam detorquebat in argumentum prauæ doctrinæ, lucemque reformidantis. Poſtremo non reſtē de Ignatio ſentiens, in eadem existimatione cunctam eius familiam reponerebat, quod fructus ex arbore non bona eſſe boni non poſſent, nec credendum Religionis institutori, cuius doctrinam Deus ē cælo, vt adhuc in S. Dominicī, Franciſci ac Benedic̄ti perſpectum erat initij, non comprobaret miraculis. Hęc fermē criminabatur hoc tempore: quibus alia alijs deinceps annis deque nomine ipſo & institutis adiecit. Nam bonus vir, quoad vixit, quanquam ſupremo tempore dicebat placari ſe velle, nunquam potuit penitus ſue dedoceri, ſue quiescere. Cæterū per id tempus, cūm id, quod ſibi finixerat de aduentante Antichriſto, celebraret, nouęque huīus alumnos

45  
Diabolis  
frāuis in ſe  
renius inſer  
Religioſos  
diſſidys.

46  
Homines  
Societatis  
pro Antichriſti pre-  
curſoribus  
deſcribun-  
tur.

alumnos familie ita describeret, vt emissariorum atque satellitum eius notas apte in eos omnes quadrare contendere, idque non modò in circulis, priuatisque congregatis, verum etiam è sella Doctoris, de que fuggetu, ac pro concione iactarer, vt erat doctrinæ fama, ac probitatis opinione vulgo nobilis; facilè hæc non modò impenitatem multitudini, verum etiam Principibus viris obtrusaret; vt iam à nostris sibi quisque caueret, eosque per verbis itinera digito commonstrarer, nollentque Senatus ac Magistratus potestatem eis facere Christianæ tradenda doctrinæ, vel rusticis urbanæque faci: nec sanè restaret aliud, nisi ut veluti quisquiliæ, & purgamenta verbis, vrbe protinus pellerentur. id quod erat apud academicos agitari & liberari iam ceptum. Turrianus autem, qui usum iam aliquem cum Melchiorre habebat, cuius nec ignorabat ingenium; hominem conuenit, summisque rogat, vt perpussillam, & suis laborantem initis Societatem iuamalit auctoritate protegere quam vexare, etigerre quam affligere: littoralisque Sedis Apostolicae, quibus illa probata & confirmata iam erat, statim exhibet, & simul, quæ sint de ea recentissima iudicia Pontificis; qui duos è Societate Theologos suo nomine ad Concilium Tridentinum, & ex eadem Apostolicum Nuncium ad Indos misserit, edocet. Ignatius autem, quem appellabat indoctum, multos annos operam dedidit Philosophis, multos Theologis, apud eosque tantos effectus processus, vt posttentatam acriter eius Scientiam Doctoris lauream è Philosophoru spatiis honestissime reportarit. Nihil his permotus ille, sed palam dictans præmonstratuisse multitudinem, ne se in fraudem patetur induci, nihil se in eo tam dolere subiecit, quam quod Turrianus etiam, cui esset amicus, ijs se cum hominibus coniunxit. Hos inter fluctus pauci illi de Societate patientia, modestia, simplicitate verifiantur insigni. Tametsi dolebat exercitationem illam in publicum noxiā, nunquam tamē aduersarij mentē damnare sunt ausi. Erat hæc ingenua bonitas in primis huius disciplinae alumnis ad posterorum exemplum: adeò vt Hieronymus Naturalis multis post annis, cum Societatis res in dies magis illustrarentur, nec Canus multum mitigaretur, plurima sibi ea re sacrificia illum abstulisse scriptum reliquerit, se vero ab damnando eius mentis consilio semper abstinuisse sententiam.

At optimus Doctor Turrianus, in quem prima vis tempestatis incubuit, dum statim rerum Ara-zio Provinciali nunciavit: Gratias age, inquit, Pa-ter, Domino, quia videtur nos per suorum vesti-gia familiarum deducere, cumque per tramitem, quem sibi ipse delegit & instituit; tanquam nos aliquid esse mus, vel aliqua ad eum sequendum effici in nobis facultas. Tanta tamen Iesu dulcissi-mi suauitas est ac benignitas, non modò vt mor-tali in corpore toram asperitatem viæ huius mo-lestiamque, quod facilem nobis suauemque relin-quere, allumere in fæse voluerit; sed etiam nunc immortalis auxilio nobis vque adeò affluent, & cunctis quodammodo fortunis suis adsit, vt tan-quam fæsi expertes, ac prorsus sine vlo labore nostro per iter, quo nos ad maiorem sui laudem nominis agi permittrit, trahat post se. Hæc & alia

in eamdem sententiam Turrianus. Nec verò solū bonitas summa suis famulis amaritatem calicis suæ dulcedinis vbertate conduiit, sed etiam defensores, qui causam eorum sponte suscipierunt,

vnde tali rerum articulo expectandum minimè videbatur, excitauit. Quippe Ioannes Penna ex codice Ordine singulari pietate ac doctrina vir, & Salmanticensium Doctorum è numero, acri studio diuini honoris accessus, inter tot tantasque Societati criminationes oblatas, inuestigare ipse per se, studioseque perfrutari mores eius & instituta coepit.

Ioan. Penna  
ex Ordine  
Pradicato-  
rum Societ-  
tatem de-  
fendit.

Cumque omnia reperisset longè alia atque ea quæ ab oppugnatoribus iactabantur, non dubitauit recentem Ordinem iniuria vexatum aduersus college mortuus scripto etiam litterisque defendere. Aduersarij Societatis aiebar non fecis accidisse atque Iobi sancti amicis, qui cum falso sibi persuasissent in hac vita neminem à Deo nisi innocentem rebus aperis exerceri; ex eo pronunciato, ac vanâ persuasio ne collegant, vniuersam calamitosissimi viri vitam nihil vera solidæque sanctitatis habuisse, sed meram simulationem ac fucum: ac proinde consolatio-nis loco reprehensionem exorbi, multa protule-runt in simulatore quidem recte cadentias quæ tamen in virum ipsa sanctum Deoque gratissimum collata distabant à vero longissimè. Simili-ter Phariseos ex ipsorum Christique vita dis-similitudine, ac praetertim quod traditiones, quas illi primas habebant, magister celestis posthabebat Dei præceptis, & illas quidem omitti non oportere, sed hac facienda, in his insistendum docebat; persuasos nihil in eo veri esse, cum se Dei filium perhibebat, blasphemiam proclamassem. Quæ opinioni illorum congruens erat applicatio, & vera, si conijceretur in mentientē; sed collata in verum Deum, ipsa erat maledictum horrendum, & blasphemiam maxima. Similiter ergo Societatis accusatores, cum sibi persuaserint eam Antichristo præire ac præternere iter, multa de hereticorum moribus disputare, non aliena, si per se considerentur, à vero; sed quæ ad hunc Ordinem traducta, manifestè falsa & cōtumeliosa sint. Nam in primis ab Sede Apostolica comprobata esse Societatem; deinde negari non posse, quin vberes in Ecclesia Dei fructus vbi-cunque versarerit, afferer. Quæ duo argumen-ta S. Thomas virget contra eos, qui Religiones impugnant. Adhac certum esse, Religio naturam Ordinis votorum compage quasi vitalibus artibus contineri: cetera extrinsecus esse, proque in-stituti modo, aliter atque alteri apte ad finem propositum temperari. Quam ad amissim exigen-dam ea, in quibus hic Ordo ab ceteris differt. Ac nominatum quod non nisi cōmuni sacerdotū vtatur vestitu, quo facilius in hominū quorum-nis, ac præcipue hereticorum, ad omnes Christo-lucrificandos, det se consuetudinē, planè esse Dei sapientiam, vitæ Apostolice Christi, conueniēs. In ipso vero Religionis cuiuspiam au-to-re non requiri miracula, quæ non fidelibus, sed infidelibus signa sunt. Quin potius, hoc planè esse Antichristi dogma, si quispiam afflueret nullum hominum cōrum recipiendum, cui non re-rum admirabilium perpetratio suffragetur. Quip-pe nouissimis temporibus in Ecclesia pertara-fo-

re miracula, cum tamen Antichristus, eiusque satellites falsorum prodigiorum multitudine in fraudem inducatur sint, si fieri possit, etiam electos. Ac mirum sane videri aduersarios mentionem fecisse signorum: cum facilis fuerint suam de Antichristo persuasionem confirmatur, si miracula huius Ordinis multa celebrarentur; quae tanquam fallacia criminantes, ceteris Antichristi notis adiecerent. Sed admirabili sapientiae diuinæ dispensatione factum, ut Societatis filii non ita multa in Europa, terrisq; fidelium miracula ederent, nisi certa & extra calumniam posita, reddentes passim non corporibus, sed animis sanitatem acvitam. Denique, aiebat Penna, fortasse aduersarij dicent, Petri Cathedram, quæ firmamentum est veritatis, posse in confirmandis Religionibus saltem in facto errare: quod tametsi concederem, tamen equidem semper crediderim, te potius hominem nescio quem, quam Christi Vicarium falli. Verum enim uero prædicare Ordinem Religiosum, quem Sedes Apostolica ritè (nam quis vñquam aliter factum ostéder?) comprobauerit, perniciosem Ecclesiæ esse, Antichristianæ curlorę, atque homines ex ea professione omnes natura status ipsius deceptos, aut deceptores esse; res est in ornans partes absurdula, ne quid grauius dicam. Nam aliqui Ecclesia, inquit, manca esset, nec sibi sufficiens, si spiritus Dei in re tam graui errare illam sineret; comprobando ac proponendo cuncto Christiano populo nomine virtutis & Christi, vitæ genus, quod esset Antichristi atque diaboli. Absit, absit. Hæc scriptus vulgavitque non modò ex Ordine, sed etiam cœnobio eodem Penna. Nec modice ceteri Patres, vt veri S. Dominici filii, perynius in consideratum zelum excitatam doluere flammam: ad eamque restinguendam, ut perpetui veritatis custodes exacerbant, & ante ceteros ipse totius Ordinis Generalis Magister doctissimus & grauius vir Franciscus Romæus hoc edito suis mandato:

50  
Francisci  
Romæ Ge-  
neralis Ma-  
gistri Pra-  
dicatorum  
ad suis lis-  
tata.

*Vniuersis in Christo Venerabilibus Patribus  
& Fratribus Ordinis Prædicatorum ubi-  
que terrarum constitutis. Frater Franci-  
scus Romæus è Castillione, sacra Theologia  
Professor, ac totius dicti Ordinis humilis  
Generalis Magister & seruus, salutem, &  
Spiritus sancti consolationem.*

„ Pateat vobis, qualiter hoc calamitoso tem-  
„ pore, quo religio Christiana hereticorum telis  
„ impetratur, malorumque Christianorum peruer-  
„ sis moribus labefactatur, nouus ordo Presbyte-  
„ rorum regularium sub titulo nominis Iesu, de Ve-  
„ be quasi presidiaria manus Dei benignitate sub-  
„ missus est: quem ob ingentes fructus, quos lectioni-  
„ onibus & concionibus publicis, priuatorum ad-  
„ horationibus, confessionum audientia, cæteris  
„ que sacris exercitijs, ac sanctorum morum exem-  
„ plis in Ecclesia facit, Sanctissimus in Christo Pa-  
„ ter & D. N. Paulus Papa Tertius approbavit &  
„ confirmavit. Quod ideo vobis significatum vo-  
„ luimus, ne huius instituti nouitate seductus quis-  
„ piam vestrum cōmilitones suos ad eundem Ico-

pum tendentes, & à Deo sibi supperias missos, „ per errorem fortassis oppugnet, eorumque de- „ trahat institutis, quorum fructibus gratali, & „ piosactus emulari debuerat. Credimus quidem „ vos omnes, vt pote celesti sponso dilectos & amicos, varietati, qua sponsa illius amicitur, non „ detraicturos; sed eam potius caritate, qua con- „ gaudet veritati, complexuros & exoscultaturos. „ Attamen, ne officio nostro desimus, omnēque „ morus præueniamus, Vobis omnibus, & singulis „ prefatis Fratribus præsentium tenore mādamus, „ & auctoritate nostri officij in virtute Spiritus san- „ cti, & sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis arbitrio „ nostro taxandis, præcipimus, ne dicto Ordini per „ Apostolicam Sedem approbato & confirmato, „ aut eius institutis ullo modo detrahere, aut de eo „ obloqui audeatis, tam in publicis lectionibus, „ sermonibus & congregatis, quam in priuatis ve- „ tris colloquij: quin potius eum, Presbyterosq; „ eius tanquam vestros commilitones iuuare, & „ contra impugnantes protegere & tueri studea- „ tis. In quorum fidem & robur has fieri, & nostri „ officij sigillo muniti iussimus. Datum Romæ de- „ cimo Decembri millesimi quingentesimi qua- „ dragefimi octaui.

Fr. Franciscus Romæus Magister Ordinis Prædi-  
catorum, assumptionis nostra anno tertio.

Paulus quoque Pontifex, quod causas offendio-  
num mature opprimeret, Apostolicum diploma  
edit, in quo duos statuebat Antistites Conchic-  
sem & Salmantensem, iudices tutioresque  
Antichristi atque diaboli. Absit, absit. Hæc scri-  
puit vulgavitque non modò ex Ordine, sed etiam  
cœnobio eodem Penna. Nec modice ceteri Pat-  
res, vt veri S. Dominici filii, perynius in considera-  
tum zelum excitatam doluere flammam: ad  
eamque restinguendam, ut perpetui animaduer-  
ter qui moras aliquas inferunt Collegij Sal-  
mantensis initij: mandabatq; in eodem diplo-  
mate Pontifex, vt qui publicè priuatumque Societatis  
nomini detraxissent, ij eodem modo viola-  
tam eius famam palinodia refarcirent. Quoniam  
autem Canus, vt diximus, quo sua probabilitus  
de Antichristi præcursoribus somnia venditaret,  
plusque Societati fidei abrogaret, auctoris existi-  
mationem ac famam exprobrandis eius vinculis  
& iudicij sepe dilacerauerat; misit Ignatius ex-  
emplar editi testimonij à Bernardino Conuersi-  
no virbiis Romæ Praefecto de suis suorumq; mo-  
ribus, de quæ inquis maleuolorum criminationi-  
bus & calumnijs; quo luculentissime & perpe-  
tua eius declarabatur integritas, & calumniato-  
rum notabatur iniquitas. ad hoc autem testimo-  
nium litteras priuatas adiunxit, in quibus amplius  
faciebat Michaëli Turriano, Francisco Stra-  
da, & Ioanni Aluario potestatē quodus suo no-  
mine adeundi tribunal, & in iudicij publicis, si  
quando reddenda esset instituti nostri ratio, aut  
priuilegia exhibenda Pontificum, se sistendi. Ve-  
rū hæc tum Salmanticam sunt perlata, cùm iam  
mendacij nixa calumniæ sua sponte propè con-  
siderant, nec defiderata sunt amplius ab Urbe tot  
diligentiæ præsidia. Nam ex una parte Ioannis  
Pennæ singularis industria, ex altera eorum, qui  
suspecti habebantur, perennis ardor in obcundis  
vel inter procellam muneribus suis, aperuerunt  
oculos

51  
Pontifex  
Paulus  
cœnobium  
defendit.

52  
B. Ignatius  
quid ad se  
ciestatu de-  
fensione  
præscripti-  
m.

oculos hominum, ut viderent, quo tandem ex fonte tanta fructuum manaret veritas. deduxerunt credulos de errore, conciliarunt auctos, & suspicionum vanitate discussa tetricam turbinum noctem in diem nitidum latissimumque verterrunt. Quod autem in tantis turbis diuinam erga nos benevolentiam maximè commendauit, illud fuit, quod in ipso tempore astu medijsq; turbinibus, dum nec suam homines inconstantiam, qui modò Societatis beneuelos, modò se alienos declarabat, nec Patrum satis perspicuum innocentiam sentiebant; nobilem Deus feminam Comitem Montis Regij Mariam Pimentelam, quem felse intra monasterium S. Mariae sub eadem diu Dominici disciplina collegerat, ut nostris necessariae vietui cultuique propliceret, excitauit. Hæc cùm externos Societatis in pietate discipulos piè modesteque venerantes in aede sacra Deum contemplaretur ex oculo; quæsiuit quod genus illud adolescentium esset, tam singulari pietatis specie prædictum: cumque responsum esset eos esse quorundam Clericorum, qui nuper illuc attigerant, in Domino filios; tum illa, quæ vna ex parte meminerat ea, quæ vulgo iactabantur in nostros, ex altera tam modestos, adeoque pios contemplabatur eorum disciplinæ alumnos; statuit ex ijs euo care nonnullos, à quibus de recentium Religiosorum vita institutis cognoscet. Senit ergo ex eorum moribus aeternibus, longè alios atque æmulorum obtratio, & inconstans vulgi fama descriperat: nec dubitauit, ut in Sociorum animos semel intravit, eoisque penitus inspexit, totisque tentauit, vitæ sibi duces ac magistris adsciscere, eodemque ad confessiones ad extreumus usque spiritum adhibere. Ita constituit præclarè Dei prouidentia, aduersus hanc molestias Societati ex ipsa præcipue Dominicana familia defensionem omnipotè præbendo, ut Ordinis virtusque viro quanto Satan distractare fraudulentius conabatur, tanto arctius Spiritus sancti caritas copularet.

<sup>54</sup> Compluti quoque suppeditata est patientia facultas modò morbis & cegestate; modò æmulis & malevolis inguentibus. Nemo non tentatus & conflixatus est morbo; vix ut esset, qui vicaria opera laborantibus ministraret. Cœpta sunt etiam benignitatis alienæ remitti subsidia, ut contra hiberna frigora tueri se Socij idonea veste non possent. Ortizium insuper Societatis fautorum atque beneficium importuna mors suscepit. Quibus rebus adducti malevoli, ut viderentur bene diuinasse, iactabant brevi Societatem omnipotem interitaram. Ioannes quoque Silicæus Archiepiscopus Tolitanus, qui iam se paru æquum Societati præbebat, expectabatur Compluti propediem ritus eius exploraturus ac vitam. Sed his minus difficultibusq; Villanova virtus, qui ceteris præcerat, non frangebatur; imò in spem erecta maiorem, Antistitis expetebat aduenrum, ut res omnes excuteret, & suo arbitrio iactaret. Eademque prudentia, quo facilius hominum suspicionibus, & malevolorū sermonibus obuiamiret; per occultum curauit amicum, Academiam Rectori suggestum, Societatis ut instituta cognoscet, & si quid in ea noxiū esset, inquireret. Intelligebat enim fraude & arte Satanæ sœp;

fieri, ne veritas illustrata patescat: quædum superflua latet, errorem animis creat. Itaque Villanova Rector accersit, ex eoque rationem de Societatis moribus institutisq; reposcit. Cui cùm is abunde fecisset satis, ad extremū ipsemet pre-cibus à Rectore contendit, ut radhibitis in consultationem Theologis, ex ipsis etiam æmulis ini-disque caulas excitati rumoris summa seueritate perquireret. Probatum est Rectori consilium, & res tribus commissa Doctoribus inter æmulos facile primis. Hos Villanova conuenit, & ad eorum interrogata omnia quæstionesque seu de libello Exercitorum (de quo multa iam animo falsa conceperant,) seu de institutis moribusque nostrorum ita respondit, ut eos pigeret facti, tæderet susceptæ mentis. Inter aduersarios autem, & quia nostris abhorrebant, Casa quidam è Collegi Doctribus non magna ille quidem auctoritas, sed robustæ in primis audacie, multa in ipsis quoque litteras Apostolicas, quibus & Societatis instituta, & B.N. Patris Exercitia spiritualia probantur, effuderat. Non defuerunt viri boni atque pij, & in ijs Doctor Lartaunus, Cusquensis postea Episcopus, qui eius se maledicentie vltro opponerent, tantis utique studijs ac contentionibus, ut non modò inter ipsos academicos, verù etiam in populo varij motus & sermones existereat: atque Apostolico diplomate, quo Casa citabatur ad Vrbem, fuerit occurrentum. Sed homo lenissimus Villanova, hoc accepto diplomate, ne quod religiosa lenitate posset, id tentaret iudicio, haud vtendum continuò putauit: admonendum potius hominem censuit per Ioannem Costam Doctorem eximium, & qui primas tum cathedras obtinebat, dein Legionem rexit Ecclesiam; si forte rediret ad officium iudiciorum metu simul incusso, accepti significacione diplomatici. Cœlit ex sententia pij pariter ac prudentis viri consilium. Casa quippe diplomatici Apostolici certior factus, Romanæq; curia indicum reformidans, quanquam Societate nunquam penitus adamauit; ita tamen in presentis dedit in alteram partem, ut ex maledicio mordaciæ nostrarum repente laudum fieret predicator. Fuit tamen & vulgo admirationi non modò huius, verum etiam aliorum Doctorum repentina mutatio, nec bono minori; cùm plerique de populo partim se in fraudem, non sine dolore faterentur impulsos, partim insultarent in æmulos, eisque suum exprobrarent errorem.

Vallisoleti vocatus ex Lusitania Strada, Duce postulante Gandiae, orsus est verbum Dei, quo confuerat, ardore tractare. Postulauerat eum à Ioanne Rege Borgias & rei Salmanticensis gratia, cui peropportuna in tantis turbis sperabatur eius dicendi facultas, haud grauatae Simon dimiserat. Verum cùm Salmantica Vallisoletum, mox eò redditurus accederet, retentus est ab Apostolico Nuncio Poggio. Conuentus hominū ad audiendum nullo templo capi poterat, & audiebatur tam fructuosè, quam audiebat. Complices præter ingentes populi motus, ad Societatem animatum appulerunt: peccatorum verò relaxatio tanta, ut omnium cognosci criminis causa non possent. Quibus rebus permota ciuitas ædem nostris cum techo dedit, eamque habitationē, quo religiosis

<sup>55</sup> Doctor Ca-saterræ Pohsifcy mandati, quo citabatur ad Vrbem, à ma-ledictu de-sultis.

<sup>56</sup> Strada con- ciones Vallisoleti, & captum ibi domiciliū.

ellet vīsibūs opportunior, suis sumptibus Poggius auxit: nec defuit liberalitas ciuium siue ad domesticam supellecītem comparāndam, siue ad corporum alimenta.

Baccinone verbarū etiam tum Araozius Provincialis, quō superiore anno confirmandæ valedicūtis causa ex curia se receperat, æquē omnibus caris, primatis p̄fertim viris, qui Societatem ferebant in oculis. Causa mora Principis pietas fuit, quæ reformandis Catalaunia monasterijs, accepto per Ignatium ab Apostolica Sede diplomate, preposuerat Araozium; eudemque suis de rebus sacer hæresum Inquisitor, familia nostræ coniunctissimus, consulebat: cū tamē ille se nec curis prouincialibus ac vigilijs, nec dīcendi contentionibus relaxaret, ac plurimum simul laboris iuuandis moribundis assumeret: ad quos & ipse æger, ac febri æstuans opportunè, importunè accersebatur. Hic verò ferebatur ex labore labor. Etenim dum vni cuiquam aderat, adstantes, qui dexteritatem hominis in ultima tanti negotij clausula mirè probabant, adigebant propemodum spondere ipsi quoque, si quid humanitus eueniret, quamvis inualidum ad futurū. Id inter illustris viri supraēta cū vxori eius, alterique illustri femina Comiti promisisset, tum sanè bellè valentibus, haud multò pōst vtrique adiūt morienti: & quidem Comiti vix quanto pōst die. tanta est vita nostræ inconstancia. Quæ clarius idem sub tempus in Tortosæ Episcopi, Baccinone tum agentis, fine perspecta est. Ab huīus congresu Araozius de breuitate humanae vite, deque repentinis & varijs casibus, per quos multis fatiām mortalium multi ex improviso imparatiq; tolluntur, multa locutus; vix dominum peruererat, cū Episcopi famuli trepidè adsum, instanti que ut festinet, inter legendam epistolam, vt erat valens & hilaris, apoplexia correptum Antistitem, mutumque ac stupētum agere animam. Accurrit protinus Pater, paucisque horis bonus Antistes extinguitur, diuinus haud dubiè sermone illo præmonitus, ne repentinus qui ei instabat occasus, planè improuisus accideret. Nec silenda est honestæ virginis pietas, quæ totam noctē in lacrymis nixa genu tranfegit, summum vite arbitruin rogans, vt spiritum suo parenti, cui vespere medici vix ad horam vnam aut alteram prorogarant, in aduentum Araozij sequenti luce produceret: & voti præter opinionem omnium facta est compos.

Valentia qui publicam de Societate frequen-  
tabant Academiam, iij mirum in modum & discipline progreſſu, & ornamento modestia certeſ preluebant. Itaque commendabantur identi-  
dem à Doctoribus, & publicis honoribus deco-  
rabantur. Qua Sociorum in litteris cura ciuitas,  
quæ supremam Gymnaliū procurationem habet,  
priuilegium de Societate tulit, vt ei in posterum  
Philosophie ac Theologia gradus assequi sine  
villo sumptu pretioque liceret. Miro præter ad-  
ministrationis domestice munus bis in die Ma-  
gistrum sententiarū Socij explanabat, vt adem  
opera exercitatione que ſibi alijsque prodeſſet.  
Nec ramen intermittebat cauas animarū. Con-  
ciliari sunt eo duce diffidentium animi non inter  
nobiles modū primariosque viros, verū metiam

inter Religiosos principesque Doctores. Dos est  
orbis curata virginibus, & confitentibus exhibita  
omnis sedulitas aurum. Verū cum in praeci-  
puiſ fructibus crebram confessionem, crebram-

que Eucharistiam Societas numeraret; Sarana, Fregues  
Eucharistia ſuis cas  
vocatur  
in dubio  
ab Arcan.  
p̄fectorum  
ſeo commi  
datur de  
ſententia  
Theolog.  
rum vales  
Theologis, de eorum ſententia deccinereret, quid  
præcipiendum populo videretur. Tum indicta  
in diem Dominicum concione, ipſem de ſupe-  
riori loco duas ad horas ea de re verba fecit: &  
antequam peroraret, frequentem synaxim ad eō  
populo commendauit, quod extorta illa diſputatione  
iam effici videbatur, vt potestatē cuique  
faceret, octauo minimum quoque die ſacra illa  
vſurpandi mysteria. Itaque quæſtioni finis im-  
poſitus, & os ijs obſtruetum, qui tanquam terum  
nouarum auctores noſtrorum homines in circulis  
vellicabant; eorum verò, qui longam non ferentes  
ieunij moram, ad ſacras epulas audiſſimè  
properabant, exhilarata & confirmata pietas.

Gandiæ Christianæ, & pueris erudiendis, &  
inflammada multitudine, & ſtudijs alijs allabo-  
rabit Oujedus. Catechesis ei quotidiana erat, &  
quæ perpetua fuit humilitas hominis, p̄r ceteris  
munebus cordi: idē par fructus opera. Quan-  
quam autem in elementis eius disciplinae traden-  
dis peculiari erat cū pūſillæ atarī, tum impe-  
ritorum habenda ratio; ita tamen in docendo ſe  
verbat, vt nec ſuum pabulum viris doctis que  
decſſet, & tamen pudorem eis non afferrer illius  
humilis turbæ conuentus: tametsi verecundiam  
adimebat Ducis cognata Ioanna, qua cum ne-  
potibus grauibusque viris ſedula ac frequens ad-  
erat. Faciebat & ad neophyros ſubinde verba,  
communiq; valetudinario periculis admonen-  
tibus, ſuccurrebat. Cumque Gandiam Ducis vi-  
ſendigratia Stephanus Almeida Carthaginensis  
Episcopus acceſſit, de confiſo ciuidem Du-  
cis ad exercendam diuinis contemplationibus  
mentem adiecit animum, Ouedoque adhibito  
Murciam iter instituit: quo in itinere locis qui-  
busdam ſuæ diocesis in pectis, Murcia demum  
in exercitia illa ſe abdidit. Instituebatur ab Ouie-  
do vna cum Canonico quodā principis adis Ec-  
clieſiate tanto cum fructu, nihil ut aliud traſcere  
animo videretur, niſi quemadmodum Deo ſe  
probaret, & creditum ſibi gregem pro eius vo-  
luntate foueret. Cuius rei gratia venit in mentem  
poſcere aliquā de Societate ſubſidia: datisque ad  
Borgiam litteris de instituendo Murcia Coll-  
egio tum primū agi caput. Auxit autem ve-  
hementer exercitorum ſtudium conuerſus nu-  
per Latinè eorum liber, vt ſuprà demōſtrauimus,  
& Romæ typis Borgie ſumptu impressus, vna  
cum illuſtri in ipſo libri vſtibulo Pontificis Ma-  
ximi testimonio. Is Ganiam allatus tantis illico  
exceptus est plauſibus, vt inde in posterum quo-  
tidie

58  
Araozij  
cura Bar-  
tinon.

59  
Moribundis  
ad eſſe ſolē-  
tia ſingu-  
lari.

60  
Litterarios  
gradus Va-  
lenſini gra-  
tuos Soci-  
tatii ſubens  
atribui.

tidie nostri antelucanæ contemplationis locos & argumenta colligerent: cumque morem vñā cum amita imitatus est Borgia, & inflammata ceterorum pietas, ne ad ea præcepta dubitarent infirui. Absoluto Collegij opere, pridie eius diei, quo gloriosus Christi in cælum celebratur ascensus, nouas in ædes migratum est: postridieque nouo in templo pro auctore Collegij, recepto iam tum more, sacrificatum: initaque cum Duce & liberis epula in interiori communione cœnaculo: postea inclinato in pomeridianum tempus die, theses Philosophicae ac Theologicae propugnatæ. Tredecim in eo habitare Collegio de Societate cœperunt, plures olim rebus corroboratis futuri. Voluit autem disciplinis Dux Borgia filium suum Aluārum inter nos operam dare: sed alio Aluārus conuertit animum. Cumque idem Compluti duobus liberis suis Ferdinandus Vega percuperet, quanquam eum deinceps aditum ceteris aperitur non est passus Ignatius; tali tamen viro de Societate tam merito, vt etiam ipſi Duci, non negandum purauit. In tam felici regum cursu illud erat incommodi, quod & quod Collegium administrabat Ouedus, & qui publice docebat Franciscus Onofrius, in spatio studioque pietatis nimia uterque contentione currebat; prorsus ut Ignatio frānis viderentur egere. Quorum hic quotidie media nocte ad confitendum Domino surgens, septem ipsas horas continenter in oratione perstabant, ille vero præter horarias preces, pensumque psalmodiæ, priuatae insuper precautioni temeris quotidie tribuebat horas: ter se flagellis vexerabat: lacrymarum tantam vim effundebat, vt cum nocerent aspectui, studio adhibito concineri vix possent. In rebus autem turbidis & aduersis tam æquis pacatique animis Ouedus erat, vt ab humana gloria potius, ne in ijs nimium sibi placeret, quam ab infirmitate animi, ne eas ferret iniquius, metuendum sibi esse fateretur. In confolandis quoque iuandisque proximis omnino misericordem experiebatur dexteram Dei; tamen in contemplatione vsque eō complebatur dulcedine, vt iam non libenter, nisi quatenus caritas, vel obedientia exigeret, extensis occuparerent actionibus: resque eō processit, vt denum audiē rapere tur in filias, & sanctæ otia solitudinis. Itaque communicato cum Onofrio iam sacerdote consilio, cùm is & comitem se & ministrum volens adiungeret; ambo ad Ignatium scripserunt, veniam vt se saltem ad septenium ab vsu hominum remouendi concederet, rationibus multis orantes. Nam quod ambo sacerdotes essent, non carituros diuinorum ope mysteriorum: inuicem etiam aduersus tentamenta & ludibrija Satana totum aperientes animum, consilio & magisterio iuuatuissent. Porro actionē eam demum perfectam esse, quæ ex contemplatione manaret. Ad perfectionem autem nobis contendum haud dubitè esse, cùm Christus Dominus admoneat ijs verbis, *Estat perfetti sicut & Pater vester perfidus est.* Qui autem non sit planè perfectus, cum multis inter actionem noxas, quamquam leucs, tamen noxas committere: potius autem sinendum omnem perfire mundum, quam ut culpa suscipiantur quamvis leuissima. Ad extremum se ex viris admodum religiosis cognouisse,

& historijs sancti Francisci, licere hanc solitudinis adeundæ potestatem petere, & à Praesidilis concedi debere: verum tene totos in potestate futuros Propositi sui, & obedienter iussa facturos. Erat Gandia Ioannes Texeda, vir de Franciscana familia aperitate vita, & contemplatione rerum diuinarum, & aliarum celebritate laudum insignis: quem Barcinone olim cognitum Borgia, Gandiamque eius Praesidum voluntate ducum, veluti sua pietatis magistrum habebat. Eodem Ouedus, & ceteri Socij plurimum vrebantur: & primos illos, qui Seraphici Patris Francisci viguerunt tempore, imitabantur auctores: unde & factum est, vt in eam sepius solitudinis mentem Ouedus & Onofrius venirent. Senlis continuo vir expiriens Ignatius, & in spiritibus internoscendis cœlesti cædam prudentia prædictus, peritum fraudis, nec dubitauit Patrum vota ac postulata dñi inare: quæ non modò à susceptis vita rationibus abhorterent, verum etiam ucheinsterum studiorum præclaræ ceptis, tum animatum lucis officerent. Quomodo enim vir in primis sapientis eorum probaret consilium, quos ex acceptis Dei donis munib[us]que naturæ, prima-  
tur Ignatio  
amor solitu-  
dinis in  
Ouedo &  
Onofri.

64  
Nimus ser-  
uor Andreas  
Ouedi, &  
Francisci  
Onofri.

65  
Solitudinis  
amore ca-  
pinnatur.

Non proba-  
tur Ignatio  
amor solitu-  
dinis in  
Ouedo &  
Onofri.

adipiscenda Euangelice perfectionis. Fallebat nimis homines, nondum solitariam vitam expertos, vitandi leues culpas cupiditas, tanquam eas omnes vitare possemus, vel non plurimæ etiam solis irreperent: vel metu leuium culparum magna essent facta prætermittenda. Nam eti omnia debent posthaberi culpæ, vel leuissimæ, quæ quidem prudenter deditaque operâ contrahatur; non tamen maiora officia, in quibus periculū sit leuium culparum, continuo sunt postferenda minoribus, quia tutiora hæ sunt. Adeste enim maioribus ex obedientia & caritate conatibus auxiliū ē celo vberius, & caritas operit multitudinem peccatorum. Ad extremum nihil magis formidandum est, quam ne priuati otij studio animarum causæ, ad quas Deus vocet, prætereantur. Sed sunt nonnulli, vt B. Pon-  
tificis Gregorius admonet, qui magnis ditati mu-  
neribus, dum solius contemplationis studijs in-  
ardescunt, parere utilitati proximorum prædicatio-  
ne refugiunt, secretum quietis diligunt, feci-  
sum speculationis petunt: de quo si districte iudi-  
centur, ex tantis proculdubio rei sunt, quantis venientes ad publicum prodeste potuerunt. Quia enim mente is, qui proximis profuturus eniteceret, utilitati carcerorum secretum preponit suum, quando ipse summi Patris uigenitus, vt multis prodeisset, de sinu Patris egredius est ad publicum nostrum: Hoc igitur, quod Gregorius admonet, animaduertens Ignatius, vt medicinam cominus Ouedo faceret, accerendum eum Romanum putauit. Sed quoniam Dux aliter visum, qui dis-  
cessum Patris superuacaneum esse iam scripserat, supersedit. Testabatur autem Ignatius Dux ipse, secum Ouedum ea de re contulisse, & suam libi aperuisse sententiam; se autem respodisse, quamquam ad actionem reuocanda mens illa non vi-  
debarur;

debatur; esse tamen, quod Deo gratas ageret, cuius liberalitate medios inter homines præmia solitudois obtinebat, & cum actuose vita fructibus ac premijs Monachorum posset merita fine monachicæ vita laboribus adipisci: addebatq; toto eo temporis intervallo, quo expetabatur ab Urbe responsum, in magna illum tranquillitate animi & æquitate fuisse: nec tum fuisse minorre, cum accepto responsō, quod perebat, negatum est. Bonarum quippe & humilium estmentium non pertinacem in sua esse sententia, sed facilem se præbere, & se flectere aduersus Præpositorum sententias atque iudicia. Quocirca recte in ijs litteris Dux sentiebat, quidquid in Oviedo ex eo soliuagæ vitæ sperauerat Satanas, idipsum funditus amississe, seu obdientiam sacrificio, seu merito solitudinis: idemque scriperat de Onofrio. Et sanè hic, si quisquam, locus Quiedi obdientiam illustravit. Rescriptis enim ad Ignatium ingentem se ex responsione eius percepisse lætitiam: certoque credere profectam a Deo: ac proinde sibi plane esse perlausum nihil rerum omnium conducibilis sibi, nihil aptius inuenire, quam quod B. Patris prescriberet epistola. Igitur tranquillum se animum ac letum habere, & in obtemperandi proposito ita fixum, vt, si forte pro suis peccatis, in aliquid ruere crimen permitteretur, speraret tamen de bonitate diuina, facturam eam improbitati sua modum in eo, ne quando amabilem obdientiam nexum rumperet. Qui sensus cum item in Onofrio fuerit, non temere existimari potest hanc solitudinis voluntate non modo exitu bonis viris fructuosam accidisse, sed etiam ortum à bono potius, quam malo spiritu habuisse. Cerrum est enim, quod solebat memorare Lanius, sapienti voluntatem a Deo, non quod rerum effectum, sed quod ipsam voluntatem ac studium requirat. Quod cum ita sit, aperta illa simplicitas, qua continuo totam suam mentem ad Præpositi iudicium detulerunt; tum æquitas & alacritas, qua & expectarunt & exceperunt eisdem sententiam, eamque non propensione modo animi, sed & iudicii decreto, ut maximè omnium sibi congruentem complexi sunt, facilè bonum, seu certè minimè malum totius consilij fontem ostendunt. Tenebrio quippe Satan est, & quoniam male agit, lucem exortam habet; neque simpliciter agi cum Præpositis vult, sed per ambages, cunctationes, excogitationes artificiosè cauili. Deinde in sua homines, quantum potest, opinione figit & obfirmat: nec patitur ab ea diuelli, nisi agreac repugnante. Eoque fit, ut vbi diuersi inter se depughant spiritus, concertatio & lucta sentiantur. Boni autem virti, quibus nihil propositum est, nisi vt placeant Deo, vbiunque diuini natus existit in dicimus, eò confessum totoferuntur impetu, priora vota tametsi contraria deserentes sine villa tergiuersatione ac pugna, quia vbiique uno eodemque ducuntur spiritu, ac res quamvis diuerfas studio non nisi uno eodemque lectantur. Quod perpicue in Apostolorum obseruatè licuit principe, qui enim religiosissima modo contumacia clamabat, Non laubus mihi pedem in eternum; simul cognovit, placitum esse Domino, vt id pateretur obsequij, summam alacritatem studiumque vnicum grati-

ficandi illi demonstrans, illlico subiecit: Non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Potuit autem & Dux auctoritas multum habere ponderis hos apud Patres, ne suis obsecuti nutibus, solitudinis latebras quererent, non tam quia Dux, quam quia iam inde ab Isabellæ Imperatricis obitu ( quemadmodum significatum est supra ) asperæ vitæ studijs vehementer erat adictus. Et quanquam mortalium oculos specie fallebat externa; tamen & precationis affiduata, & in media tolerantia, & quotidiano sacra letationis vsu nullis sapè cedebat Anachoretis, & qui filias inter ac nemora delitescunt. Et tamen, cum ad Religionem animum appulit, non filias abditas, nec hominum meditatus est fugam; sed ad hanc vitæ quasi communitem societatemq; mortalium, quam sequimur ipso, studia sua ac vota cuncta conuertit.

Arque vt de eo iam propriè dicam: is hoc anno professionis vota solennia tum meriti am-

Borgia. lenia St. ciatorum ta nunc.

pas.

plioris, tum firmioris constantiae causa, domesticos intra parietes nuncupauit. Nondum enim Religionis cultum induerat, & per Apostolicam ei Sedem licebar adhuc bona sua, priuatumque rem toto tractare triennio, & ipsam quoque administrare rem publicam. Cuius professio-  
nis gratia Provinciale Araozium euocauerat: sed cum ille cunctaretur, impatiens Franciscus more, ne opportunissimi diei commoditas efflueret, beatissimi Martyris Ignatij die pridicq; Punctionis Deipara, incredibili iucunditate animi, ijs sece votis & sacris vincis astrinxit. Quo ex die cepit illum Beatus noster Pater Patrem Fran-

scicum Borgiam, mutatis titulis appellare. Neo mirum in Ignatij venisse mentem tanta vti in admittendo ad ea vora Duce, festinatione, qui me-

minaret, eum totiam annos vitam quamdam in-

stituisse celestem, Religiosa utique propiorem,

quam populari, & in cultu facili mores gestasse

cœnobij. Qui in ipsa Catalaunia prætura nitido

sib amictu, & personæ illi de coro, applicabat ad

nudum corpus rigido ex crine cilicum: & vberes

inter epulas, quibus excipiendi non raro erant

pro dignitate conuiæ, fraudabat genium suum

tacitus artisque ieiunijs: & inter curia blandi-

menta, ac voluptatum illecebras leuebat in cor-

pus suum quotidiano immittiique flagello: & in-

ter homines horarum omnium, multiplicetque

garullatis ansas, multas suffurabatur horas, vel

ad dulcia cum Dei Maiestate colloquia, vel ad

iucunda pabula sacri codicis. Cum studijs fructus

sum primum apparuit, cum & pjs scriptitandis

libellis ( quorū vnum, cui titulum fecit, De Con-

fusione, ante biennium editum suprà diximus ) &

habendis priuatin ad sacras feminas concionibus, cunctis repente fuit admirationi pariter &

exemplu. Et anno superiori cum domiñ sua infi-

tuisset, vt sua cuique daretur post epulas concio;

tanquam vnum è numero semel arque iterum lo-

co suo verba & ipse fecit; ac posteriore quidem

dictione de cognitione sui iplus tanto animi ar-

dore, tanto verborum & sententiarum pondere

egit, vt omnes velut emoti mente, vnde subito

tanta dicenvis, tantus rerum diuininarum sensus

existet, affirmant in eo Deum fuisse locutum,

excipendamque aureis litteris declamationem

illam

67  
Quiedi ob-  
dientia.

68  
Vnde inter-  
no scenda à  
quo spiritu  
fuit volun-  
tate.

illam fuisse, quæ tota vndeque Deum spiraret, nec tam liborum monumenta, quam orationis redoleret incensum. Continebat autem in suis se perennibus exercitationibus tiro Christi, & aggregatus nouæ militiae pietatis augebat & pœnitentia studia; ne abusus gloria nominis, tum in certando frigeret, cum maiora danda essent suæ experimenta virtutis. Sed prudens Pater Ignatius nimios reformatos ardores, vterendum suo iure censuit, & moderari coepit in filio, quod dissimularat in Duce. Duci quippe nullos vñquam frenos ardoris iniecit, vt quo acriora essent inchoata studia virtutis, & radices ageret altiores summæ constantiae. Nihil enim tam firmat animum ad constantiam, quam perennis exercitatio virtutis: qua paululum intermissa, sepè labat, mutatque sententiam, & quasi sua destitutus esca languebit. At ubi magna longaque opera vsum & facultatem peperit firmavitque, & suam Dux fidem professionis vinculis obligavit, in tuto que quodammodo posuit sua constantia bonum; tum demū B. Pater adhibere modum tantis contentionibus cepit, & suis quasi finibus coercere exundantes ardores. Principio igitur gratias Deo agere iussum de ijs, quæ ad eum diem eo opulante gestisset, hortatur illum, vt, quoniam alia statuque conditio alios mores, aliam vitam postularet, ex nimio precatiōis orio partem aliquam in litterarum studia deriuaret, & ad infusam diuinam disciplinam adiungeret eam, quæ studio comparatur humano. Majoris quippe aiebat esse virtutis munera que diuinis, varijs in locis officijsque frui caris amplexibus Dei, & eius gloriarum honorique seruire, quam id ipsum querere avertius intra loci cancellos, aut in vniuersitatis precatiōis functione. Deinde quoniam frequenter ex inedia stomachus crebro languebat, nec legi mentis sua repugnabat admodum les membrorū, temperatis iussit vniuersijs, & consentaneo victu firmare vites: vt, cum æquè corpus atque animus accepisset à Deo, paratus esset virtutique rationem ei reddere, qui dedisset: nec sineret corporis obtundi robur, & deperi vigorem; quo sc̄mel amissio, minus esset deinceps ad sua munera & functiones idoneum. Quod autem ad quotidianam verberationē attinet, quoniam propositum erat in honore quondam passi & dilaniati verberibus Christi, non prius verberans nisi finem facere, quam vim aliquam cruxis effunderet; vetuit in posterum Pater sanguinem mittere, & huius loco lacrymas squaliter fundere, quas aut suarum alienariumque commemoratio noxarum, aut cælestis aliqua contemplatio, sua uisimisque Christi amor exprimeret. Has enim pīc mentis actiones omniex parte frugiferas esse, corporisque exercitationi, ex Apostoli sententia, multis partibus anteire: ipsam vero corporis exercitationē catenū in laude ponit, quoad rectori animo in comparandis sibi suis de cælo donis acciliet & seruat. His finibus atque cancellis asperiori Borgiæ vita præscriptis, nihil erat amplius, quod in eo vel detererer, vel desideraret Ignatius. Eminebant in egregio quippe viro expellere, non adumbrare virtutes, & ea præcipue, quam Christianorum notam dicit esse Macarius, alijs autem electorum, singularis humilitas. Hanc

comitabantur par caritas, & in rebus gerendis <sup>modum rōe</sup> non tam humana, quam diuina prudentia. Theologie autem si quid initio defuerit, id postea studium continens annorum aliquot ab edita professione supplevit: viam in homine Societatis, & co., qui cuius esset olim gubernacula tractatus, amplius quod requireret nihil esset. Interim ex accepta ab Apostolo ea Sede potestate rem priuatam componebat, ac publicam: & professione vita nouæ dissimulata prudenter, studebat ijs finem constanter imponere, quæ Societatis propiorem conuictum morarentur ac cultum. Filias in matrimonio, & quidem honestissimo collocauit: filio quasquis uxorem Cōmitis Olius filiam, quæ cum parenti in Comitatu succederet, Gaudiensium vñctigalii per se satis ampla, auxit etiam vehementius: vt inter primarias Hispanorum Procerum domos, non modo generis nobilitate, verum etiam amplitudine fructus ea sit habenda familia. Quanquam Franciscus Borgia maiores diuinitas estimans cunctis Ægyptiorum thesauris atque honoribus impropterum Christi, non magnum aliquid se reliquise putauit, cum illarelinquit: sed ijs pro nihilo habitis, atque infra se positis, de accepto paupertatis munere nunquam fas sit Deo gratum fore, quamdiu vita suppeditaret, arbitrabatur.

Cæsar Augustæ pauci admodum de Sociorum numero verabantur: quoru pījs conatibus cum minimè obsecūdaret Antistes, & multis insuper obtrectationibus ac calumnijs corum patientia peteretur; satis habuerunt futura messis iecissilementem, certi pīe nixi diuinæ clementiæ fore, vt qui cum fleribus semen mitterent, plenos aliquando manipulos cum exultatione referent. Nec tamen omnino nihil seu præbendis adhibendisque Christi mysterijs, seu colloquiorum pietate, assiduitate, opportunitate proficiebant: sed ipses erat omnis in tranquilliōribus sita temporibus, ubi transfacta frigoris hiberni tristitia placidior se verni temporis hilaritas aperiret. Hic in Hispania cursus.

Iam in Lusitania tribus discreta locis Societas in curia, Olisippone, & Conimbricæ perpetuis progressionibus vtebatur. Prouincialis etenim Rodericus in eadem apud Regem instituendi Principis cura se continuebat: nec vni proderat regio filio, sed qua valebat apud Regem auctoritate, modò per se, modò per alios sacerdotes & corporum egestati, & animorum commodis feruebat. Verum suorum iam desiderio rædebat curia, & per occasionem Æthiopicæ profectio- <sup>74</sup>  
<sup>Tenuia Societas in Lusitania.</sup>  
nis, cuius suprà meminimus, fugam tentabat ex gitatio de aula: veneratque in mentem, si profectio illa minùs procederet, Brasiliam à Lusitanis nuper inuentam saltē petere. Sed non semper votis nostris diuina mens annuit, quæ minus eius voluntati consentiunt: & ad eas sep̄e vocat, quo nullis nutibus inclinamus: vt, quo minus de nostro imperata res habet, eō cumulatiore mercede meritum expleatur obsequij. Sep̄e Simonis expeditiōnem Indicam exoptauit, saep̄e in ultimas terras meditatus est fugam: & tamen præter animi votum, præterque sententiam illic semper hæsit, ubi Deo rectori viuum, penes quem vniuerforum est cura, cuius sapientia administratione vniuerforum

com-

71  
B. Ignatius  
temporat  
ardorem  
exundantē  
Borgia.

72  
Virtus exi-  
mia Borgia:  
trquemad-

76  
Sodalitiae  
sej verbe-  
rantium  
Olisippone.

commoidis animisque consulitur. Olisippone eodem loco res erant. Feruebat Sodalitas illa, quam & ad celebranda diuina crebro mysteria, & ad castiganda sua flagellis corpora memorauimus excitata. Ea ducentis amplius constabat Sodalibus, quorum ingens erat ardor spiritus inter flagella, quem modò Ioannes à S. Michaële, modò suis concionibus, priusquam Castellam peteret, alebat Strada. Nec deerant, qui vel spectandi cupiditate, vel deridendi gratia Sodalitum illud ingressi, postea paenitentium capti gemibus, altisque fletibus, tortis commouerentur animis, & piis illas inter querelas sua quoque vulnera ac peccata sentirent. Sanè Ioannes Fernandus Castellanus, vt de cæteris sileam, adolescentis prædices, & ad pietatem propensus, cum audienda suauissimæ symphonie nomine huc esset ab amico deductus; præter opinionem in ea pietatis palestra quodammodo circumuentum & interclusum se vidit. His eius cœperunt aures, & diuino illo sermone, qui faces animis admouebat, & falutari flagrorum crepitum, quæ vel durissimum quemque flearent, personare, haud ingrata & iniucunda fraude. cuius in pectus atque medullas tam dulce, tamque efficax symphonie genus illapsum protinus est; vt de ordiendis vitæ melioris initij cogitatione suscepit. Parres frequenter aditer, cum ijsque multus esset: dum ad extremum ad eos aggregatus haud leua suæ & humilitatis & caritatis inter eos, & verò etiam præclaræ sui victoriae documenta dedit. Incessus eius per vibem erat eiusmodi, vt quanquam alios in admirationem raperet, alijs tamen, qui eum non nosserint, exprobriarent illi dementiam. Quibus ille & dictis respondebat & factis, se non extra mentis potestate exisse, sed tum maximè in officio mentis esse cœpisse. Is est, qui deinde in Indianam missus, & in Iaponiam à Xauerio ductus, unum è primis nouæ illius Ecclesiæ columnibus fuit. Conimbricæ nonaginta amplius de Societate degabant, quorum plerosque & ingenij vis, & alia Dei munera plurimùm commendabant. sed centum amplius satis erat alendis benignitas Regis, eiudemque sumptibus Collegij lurgebar opus ducentorum facilè capax. Constitutus est à Simone nouis huic Collegio Rector Ludouicus de Grana, pro Ludouico Consalvio, quem animis subfido mitti variâ in loca placuerat. Sed hunc prius in eodem loco ministerij culina subiecit, vt vbi prudentis suæ sollicitudinis documenta prebuerat, ibi praberet humilitatis. Cum enim iuuentutem illam de more Simon inspiceret, dixit in conuentu, velle se acrem vni ex eis notam pudoris ac mortificationis inure: & vtrumq; Ludouicu[m] mox aduocans, Granam iussit præesse Collegio, culina subfice Consalvium. Cumque ex Simone quæstum esset, vter de duobus sua opinione depresso magis notatusque discederet; superuacanea visa est in conuentu, nec satis digna responso talis interrogatio: quod inter Dei famulos iam constaret, humilitatis officia ad integrum spectare quietem: honoris autem ac dignitatis tota crucibus plena esse. Ex hac autem iuuentute, (ne hoc silentio prætereamus) decimum iam mensim Vincentius Rodericus capititis doloribus angebatur: nec, quamvis Olisippone

curationis & cali gratia missus esset, vinci moribus seu loci clemètia, seu medicamētis potuerat: sed cùm initio remisisset, deinde sic creuit, vt abscessum medici metuerent; quem & erumpens per auriculam indicabat sanies. Iamque agroti desperauerat vite, cùm ex inopinato Simon, qui diu abfuerat, Olisippone Conimbricæ redij: cuius videndi cupidus suum ante obitum æger, Rodericus magnam in spem venerat recuperandæ salutis; atque hac imbutus spe cùm Patrem cœpisset al-loqui, & eius inter amplexus confidere iussus es- set, non enim moriturū; statim omni euangelente dolore pulsus est morbus, agrotine fide obsequio, an etiam virtute paterni verbis atq; complexus, nouit ille qui scrutator est cordium, & per hominem ex homine morbum dispulit. ingens certè in adiumentum Brasiliæ, quò postea est mis-sus, salus est Vincentio restituta: eaque ipsa tem-pestate res in Vrbem (vbi adhuc cepitola conser-vatur) tanquam mirabilis scripta. Constatetiam inter Lusitanos ipsi Consalvo Silueriæ iam de-posito, vitam ad pæclara illa, quæ postea gesit, & ad martyrium, Simonis item precibus referu-tam. Cùm enim Conimbricæ Consalvius iacret moribundus, præter eius cubiculum summo manè transiens Simon, Esto, inquit, bono animo, ego sacrificatum eo pro valetudine tua. Dumque ille sacrificat, repente Consalvius Ludouico Gra-na, & alijs tribus præsentibus, sublata voce fanum fese, & salutem sibi Simone exoratam exclamat, vt re ipsa compertum est, & ad beneficij memo-riam, quia dies sancto Siluestro erat facer, aliquādiu Siluestri nomine voluit appellari. At Rode-ricum Menesium magnè expectationis iuuenem, 81

Simonis  
complexu  
Vincentius  
Rodericus  
curatio,  
eiudam  
sacrificio  
Consalvo  
Silueria.

77  
Ioan. Fer-  
nâdius, qui  
deinde in  
Iaponia e-  
gregiò labo-  
ravit, in So-  
cietatem  
recipitur.

78  
Conimbric-  
enſei iam  
prop̄ centū,  
quibus Re-  
ctor præfici-  
tur Ludoui-  
cus Grana.

79  
Honores in  
Religione  
pudorem  
affirant,  
non officia  
humilitatis.

matureque cælo virtutis, omnibus præmunitum diuinis mysterijs inter pias fratrum preces & la-crymas se curum latumque, acerrimus lateris do-lor ad gaudia beata Olisippone transmisit. Quo tempore etiam in Martino Sancti Crucio Colle-gium Conimbricense damnum fecit, qui dum se-dulò eius procurat causam, in Romana domo piè deceſſit. Porro literarum disciplina pariter ac spiritus prop̄ vigebar ex aequo. Triginta iam Theologæ dabant operam, & sumum quisque in-genium alebat diligentia, fouebat industria. Plurimæ ac varie ex hoc Collegio profec-tiones institutæ sunt. Aliorū in Indianam missi, in ijs Gaspar Berzeus, quem suprà nominauimus, alijsque, quos nominato posterius. Georgius autem nimbricij Morera, & Ludouicus Consalvius in ditionem quamdam equitum Hierosolymitanorum, do-ctrinæ valde indigam, exierunt. Cuius inter op-pida Pedrogau[m] maius cùm vñque adeò priuatiss arderet odijs, vt sextum iam annum dominum suum ab aditu oppidi pertinaci contentione re-pelleret, ad Patrum aduentum poñuit iras, suo-que cum domino in gratiam redij. Omnis fuit omni fide superior is, qui per eos perceptus est fructus; cum tamen summa in egestate, & ex ob-uis cuiusque eleemosynis sanè modicis famem pellerent. Sed cumulabat quotidianum fructum voluntariae paupertatis exemplum; vt quocun-que se veriter summa omnium veneratione exciperetur. Ad eos audiendos promulgatus Ma-gistratus edito multitudine vndique vel ex locis remotioribus confluebat, & paratissimæ menses erant.

Menesius  
Collegio Co-  
munitati  
Sancti Crucio

81

erant ad accipiendo cœlestes satus, ut non neceſſe haberent Patres in elimandis cōcionibus tem-  
pus terere. Sed cūm ex animo, & ex præcordijs  
diuina verba promerent, concipiebant illi repen-  
tē flamas, ac lacrymarum copiam, quas nouæ  
vitæ subſequebatur initium. Ad vnam aliquando  
concionem, cūm alter ē Patribus perorasset, ho-  
mines ad viginti multis ac diuornis implicati  
discoſijs ad optatam tentatamque ſapē con-  
cordiam populo inſpectante, cum lacrymis, mu-  
tuisq̄e complexibus redierunt. Omnino probro-  
erat, & Turcæ numero ducebatur si quis talibus  
concionibus non aderet. Fama vicinos æquē  
ac longē poſtos excitabat, vt Patres ardenter ac-  
cererent: nec denegare ſe impigi facerdotes po-  
terant tot & tantis euocati clamoribus. commu-  
nes fructus oratione vix explices. Sacerdos tri-  
ginta & octo annos habens in infirmitate libidi-  
nis, hominemque refugiens, qui in Pœnitentia  
piscinam eum mitteret, auditio verbo Christi ſe  
confitit erexit, & vagam feminam (quam vxori-  
ſis instar habebat) abiecit. Quæ ipſa ad ciudem  
Patis vocem publice in concione proclamans,  
fletibus ac gemitibus terruit omnia: nihil reue-  
rens ora hominum, quæ ſeelerum dolore com-  
puncta vereri cœperat Deum. Restinctorum ira-  
rum numerus innumerabilis prop̄ fuit, nec me-  
moranda ſunt singula. Eodem in oppido Pedro-  
gao, eademque in prouincia elaborabat etiam  
tum Berzeus, cūm Indica profectioſis accepit  
imperium; multaque in ea prouincia, priusquam  
in Indianam recederet, recte gessit. Is, cūm quo-  
piam peregrinando veniret, æſtuans adhuc ex iti-  
nere concionem protinus aduocabat etiam tum,  
cūm opprimeret nox, & nihil antecederet ad co-  
gitandum ſpati. Cuius ad Indianam miſſio vbi e-  
manauit in vulgus, omni studio conati ſunt inco-  
lae, vel retinere hominem apud ſe, vel profectio-  
moras inferre. Subiiciebant animorum ſubinde  
pericula, queſi ille negligeret, reus quodammodo  
doficer aliena defertur falutis. Oppidi quoque  
Index, modò id ab uxore ac liberis impetraret,  
Gasparem in Indianam ſequi in animo habuerat.  
Ad eo ſibi omnes ſpectata vii virtus, admirabi-  
lisque in hominibus tuendis industria deuinxe-  
rat. Verū omnibus ille rebus celareret & ex ſen-  
tentia confectis, Conimbricam, vt imperata fa-  
ceret, ſe recepit. Discedentique ſufficiens eſt is  
quem dixi Conſaluius; qui quotidie Dei verbum  
modò hoc, modò illo in oppido feriarum ex  
ordine prædicabat. Quod ipum vrgebat Georgius  
alia in oppida vicoſque profectus. Cuius ad vo-  
cem præter reliquæ frugem viginti virgines in-  
primis nobiles caſtimoniā in perpetuum cole-  
re Christi nomine decreuerunt: per eamque occa-  
ſionem cœnobium ex dobiis hortante Patre,  
quæ coniugij debebantur, erecūta. Ea vbiq̄ue  
erat audiitas verbi, vt, cūm auditum eſſet nōtrōs  
eſſe dictūros (noctu autem fermē dicebant, tum  
cūm ex agri vniuersi reueterant) oppidanī locis  
editioribus pyras inciderent, vt hoc omnes ad-  
moniti ſigno ad audiendum verbum Dei vicinis  
ē ruribus montibusq̄e deſcenderent. Illi vero  
nulla interpoſita mora, ruſticis curis negotijsque  
poſthabitis, aduolabant. Et quo id ſtudium inci-  
taretur ardentius, hererentque in mentibus au-

dita fideliūs; non deerant in eos, qui concionan-  
tium monita neglexiſſent, diuinæ interdum ſe-  
ueritatis exempla. Ac Georgius quidem Morera  
cūm pro concione quemdam, qui obuio denega-  
uerat inimico ſalutem, ſuppreſſo tamen nomine  
perſtrinxifſer, poſtea conuicis ab eo petitus ac  
probris, (peracerbē enim homo ſibi conſciuſta-  
citam illam obiugationem tulerat) ſupplex ad  
pedes accidit, vt leniretiſſat. Sed cūm ille te-  
neret iras, & ingeſtis maledictis abſcederet, prius  
quād domesticum intra limen uestigium infer-  
ret, confracto extixa in itinere brachio, & in par-  
tes comminuto, ſuæ maledientiā pariter & per-  
uiacię pecnas dedit. Ita qui vlcifendi animum  
& iracundiam non remiit, brachium vnde cum  
expleret & exerceret amicit. Illud horribilius,

*Poena he-  
minis in fi-  
multate  
pertinacis.*

*87 Blasphemus  
homoſul-  
mine extin-  
guitur.*

quoniam & facinus longē tetius. Dum varia de  
more loca Emmanuel Nobrega percurrit (nam  
& hic ab anno iam elapſo pergebat propter ani-  
mas mare & aridam circumire) templum ingressus,  
vbi chorus ex vtroque ſexu promiſcū profanis  
cantis colludebat, laſciuos illos lymphoniacos  
obiurgauit. Verū tam ſalutari Patriſ admoni-  
tione p̄r impuris illis neglecta delicijs, inſanis  
omnia vobis p̄ſtrepebant. Quidam verò cœ-  
teris petulantior, & impierate ſuperior, vt ſtoma-  
chum Nobregæ faceret, & ſimilis indicaret, quād  
nihil eius dicta vocemque perpendere, ipsum  
cœpit diuinum Numen impie figere maledictis.  
Inhorruēt pili auresque famulo Dei, & fixis illi-  
co in terram genibus properauit auertere diuinas  
iras. Senferat, opinor, eas impijs illis imminere  
ceruicibus. Nec vanus fuit ille ſenſus. Quippe di-  
greſſum inde blasphemum vna cum ſocijs, & in  
equo ſedentem, repente lapſum de cælo fulmen  
vna cum equo, intaſis attontisque comitibus  
interemit. Si piaculum fuſſet occultum, aut ma-  
ledici vtereretur ingenium; audite forſitan pre-  
ces eſſent: nunc verò tam apertum testatumque  
facinus, tam praua & conſelerata mens hominis  
præſenti fuit testatio que item vindicanda ſuppli-  
cio: ne aut hareret apud imperitum vulgus diuina  
prouidentiæ fides, aut ſcelus ſcelere, & ſup-  
plicia ſupplicijs homo maledicus cumularet, ſi  
dimitteretur inultus. Ex eo tempore plus No-  
brega fidei, plus Euangeli p̄ conibis aurum  
adhiberi vulgo ceptum.

Laboriam in Africam, & ad itinera Tingitanæ  
prouincia, que in extrema Mauritania sita eſt: *Ioannes  
Nunnius,  
& Ludouī-  
cūs Conſalui-  
us in  
Mauri-  
tiam mit-  
tuntur.*  
vbi Lufitania Rex Iohannes vrbes aliquot maio-  
rum virtute partas ſumis cum præſidijs habebat;  
ſed præcipitum Lufitanorum propugnaclum  
Septaerat, ſinitimis Saracenis oppoſitum atque  
obieclum. Ea vrbis eſt ad fauce Herculifreti Hi-  
spaniæ quondam armula, & totius Mauritaniae  
metropolis, quam ſeprem fratrum vrbem dixer-  
quidam. Eius Praefectus Alfonſus Noronia pari-  
tate ac nobilitate vir, non nullus de Societate  
poſtulauerat à Simone per litteras: nec abnuit  
Simon, ſeu in illius ciuitatis ac Praefecti gratiam,  
ſeu quid vrbis finitima Tizianum plurimos ha-  
bebat in ſeruitate Christianos. Quin hinc orta  
Tingitanæ profectioſis perhibetur occasio. *89  
Lau Al-  
fonſi Con-  
ſalui in  
mau-  
ritia.*  
Quippe Hilpanus erat quidam Alfonſus cogno-  
mento Contreras, apprime ſanctus, qui caritatis  
trepa in in-  
ſtudio flagrantissimus, corum ſibi Christianorum *uanduca-  
depo-  
ſtiniū.*

*85  
Ludouī-  
cūs Conſaluij,  
& Georgij  
Morera co-  
natus.*  
Hist. Societ. Iesu Tom. i.

depoposcerat curam, siue ut corpora de seruiture redimeret, siue ut animos à Satanae dominatu defenderer. Hic oblatum Episcopatum & abbatiā simul adiunctam constanti animo recusauerat, eodemq; semper tenore vita adeò se probauerat vniuersis, vt magna apud Hispalim sanctitatis opinione deceperit. Cuius ad funus factō vndique ex ea ciuitate concursus, tanta fuit seu piè cadaveris attractandi religio, seu reliquiarium inde aliquid aportandi cupiditas, vix ut aliquid ex barba, capillo, vnguis, totoq; cultu corporis superfluerit. Hoc igitur tam egregio viro de medio sublato, par nos trorum, qui demortui iacturam quoquomodo lenirent ac compenparerent, postulatum est. Ac tum primum de Societate Mauritania vidit Ioannem Nunnium, & Ludouicum, quem dixi, Consaluum, sacerdotum par sanè prestans. Qui Septam cum peruenissent, inchoare subinde magno hominum motu conciones suas, præbere confitentibus & agrotanibus operari, agere cum Saracenis ardenter, & commune valitudinariū carceremque constanter adire. Qua munera fiducia Gubernator ad Simonem id perfectum scripsit, vt ciues illi, qui prauitate morum Saracenos ipsos quodammodo superabant, diebus vix quindecim viderentur Monachis prestatre. Tituanum haud amplius quindecim passuum millibus Septa distat, vrbis ditionis superstitionisque Saracenorum. Huc se Patres facta ab Acene (sic vocant Præsidem) protestare, non tam Euangelij promulgandi ac proferendi gratia (quod iniquis animis Saraceni tulissent) quām suos inuisiendi ac redimendi nomine contulere. Erant enim in ea seruitute Christiani fermè sexcenti: nec fermè fructum alium, nisi ex his vinclis captiuisque ceperunt. Quocirca Consaluiuſ vſum, vt quoniam multa, eaq; momenti permagni Lusitano Regi suggерenda conceperat, relicto ad captiuorum solutum Tituani Ioanne, in Lusitaniam ipse rediret. Ioannes autem adiecto ex Castella ac Lusitaniam captiuorum in vſus argento, cœpit eos concilii Praefidis modo administrandis sollicitè Sacramentis, modò priuata institutione iuare. Tanta autem misericordia ad expianda peccata vis & alacritas erat, vt totum ille diem ijs audiendis soluendisque consumeret, quotidie nonnullis, re diuina peracta, sanctissimum Christi corpus, quo ad id tempus solatio carerant, impertiret. Sapienter autem suum cuique diem conueniendi sui, quo facilius cuique consuleret, tribuebat: tantoq; erat apud omnes in honore ac veneratione, vt obuiam facti per vrbem ad osculum manus pallijue certati ruerent. Cuius reuerentia partier & amoris conciliatrix in primis erat admirabilis eius & ardens caritas. Sex enim quotidie captiuorum custodias, in quas illi singulis noctibus includebantur, adibat; vt si quem morbo inueniret oppressum, eius illico homologum exciperet, animumque curaret. Postea, vt curatum etiam aliquid corporibus impertiret, carceris ad cancellos suum cuique cibum, Saracenis stupentibus, deferebat. Erant autem & in ea vrbē Iudæi, quibuscum frequens erat de religione certamen. Namque cum Saracenis, ne apud Præfectū vribis Saracenum offendiceret, cautius agendum putabat. Is igitur in Lu-

90  
Rei gesta à  
Consaluo  
& Nunnio  
Septa ac  
Tituani.

91  
Consaluiuſ  
redit in Luſitaniam.

92  
Nunnius  
captivis  
Christianis  
Tituani  
confusat.

93  
Et Iudeos  
reunicit.

dæorum synagogam ingressus, vbi puerū regem Rabinus instituebat, congregi cum eo cœpit. Altercatione orta multi alij confluxere eius generis homines: senioremque subinde alium, qui inter eos sapientis nomen inuenierat, Pater aggressus, docere in conuentu multorum ex sanctis Vatum oraculis & predictis instituit, Messiam, qui Iesus esset, totam antē seculis aduenisse. Verum obstinatis, (vtsolent) animis, Iesum esse Messiam, cumdemque Deum esse Iudeorum turba negante; inusitato Nunnus ardore succensus, vocatur palam pro ea se veritate paratum mortem millies oppetere, id quod eorum nemo pro sue legi defensione tentaret: iamque inter omnes constare mortales, quām vile vbiique gentium, quamque despectum Iudeorum genus esset, milera vbiique seruitute oppræsum propter nefandum scelus necati Messiae. His se Rabinus flexit; & ab ea altercatione digressus cum Nunnio sine arbitris cœuenisset, non cunctatus est confiteri, satis sibi ex Prophetarum verbis eum, quem dicere, liquere Messiam: sed opportunitatē se temporis expectare, dum Saracenuſ excusio ingo, suis cum liberis Septam euaderet. Complures hīc nutantes in religionis sententia confirmauit, & ex vtroque sexu permultos persoluto pijs ex hominibus pretio de seruitute redemit, captiuorumque vim magnam peropportunis auxilijs subfidiisque leuauit.

In regnum Congi (Manicongum quidam appellant) Georgius Vazius, & Socij, quos superiore anno profectos ex Lusitania demonstrauit, fospites peruenierunt. Est id regnum Hesperiorum Āethiopum ad extimā Africę oram, ab ipso propè Āequatore exoriens in meridiem porrectū, & late in mediterranea quoque introitum recedens. Namque Africa ab Septentrione in meridiem longissimo tractu, graduum septuaginta porrigitur sic, vt ferè quinque & trintigā à Gaditano treto ad Āequatorem, totidem inde ad Bonā spei promontorium, ultimum ab Auстро limitem numerentur, & media Africa longitude Āequator Zonaque torrida subſit, quam falsò antiquitas opinabatur exustam penitus & inhabitabilem & impinguam. Et sanè quanquam vestigia fini apud veteres rerum scriptores Africam olim circumnavigatam; ipsi tamen regiones ac gentes à feruida plaga ad Bonā spei promontorium omnino ignorare videntur. Quas magna gloria sua nationis, & amplificatione Christianæ fidei Lusitani aperuerunt. Autōr præclarū operis fuit monito etiam, vt dicitur, diuino incitatus, Henricus ordinis Equitum Christi Magister, Joannis Primi eo nomine Lusitanorum Regis, eius, qui Septam (de qua nuper meminimus) de Mauris cepit, filius. Henrico igitur auctore sub annum salutis m. cccc. xx. ultra montem Atlantem (qui ad eam diem terminus navigationis fuerat) leucas quadringentas viginti procelium est ad montem Leænam, insulis quoque in Oceano, & alijs, & canobili, cui nomen à Materia fecere, inuenitis. Sub Alfonso mox Quinto tota illa ora, quā Guineam appellant, est cognita. Joannis dēmum Secundi tempore, quo aetrolabium præclaro sanè consilio ad nauticum vſum cœpit accommodari, regnum, de quo loquimur, Congi sub annum feri-

94  
Regnum  
Congi vñ  
ſitum, qd.  
do inueni,  
& Cris.  
ſubiectum.

Herod.  
li. 4. lla.  
lib. 2. c. 67.  
Solin. c. 2.  
Mela lib.  
cap. 10.

ferè m. cccc. lxxxv. apertum: ac subinde missa perhonorifica legatione cum tribus è sanctissima Prædicatorum familia pietate doctrinaque spe-  
ctatis viris, facilè ad Christi sacra traductum est.  
Rex de Regis Lusitani nomine, Ioannes, & filius  
item ab Lusitani Regis filio Alfonso nomen ac-  
cepit. Is, cùm patr' succeſſeret, superatis hostibus  
ac rebellibus haud dubia ope cœlesti annos quin-  
quaginta & regnum & religionem Christianam  
ingenti animo & pietate defendit. Eo deinde mor-  
tuus, Euangelicis quoque cultoribus primis extin-  
tis, ijs, qui successerant, magis exemplo no-  
xijs, quā doctrina virtibus, cùm regnaret Iacobus  
quidam Christianus quidem professe, sed  
moribus ac vita longè ab eo nomine alienis;  
cumque imitati populares ad vitia & superstitiones  
autas ruerent; Ioannes Tertius religionem à  
suis maioribus illarum in regnum Congi susten-  
tatur, eos, quos nominauit, de Societate impe-  
travit ac misit. Hi cùm in celebri S. Thomæ insula,  
quam sub ipso Äquatore Cosmographi locat, vnde in Congi regnum facilis est trajectus, ali-  
quamdiu substitutus, febris alijque morbis  
acerbè vexati, inde Pindam, emporium Congani  
regni, nondum valeritudine recuperata transmit-  
tunt. Èorum aduentu rex cognitus, à leuis quin-  
quaginta tum honoris causa, tum ne quid disci-  
minis adirent ab hostibus, duos è Proceribus ob-  
uiam misit: quorum vterque ijs erat instructus  
opibus copijsque, ut ad omnem nutum quinde-  
cim virorum millia cogere perliberetur in præ-  
lium. Ab his in vibem regiam ligneis equis de  
more vecti perducuntur ad regem, cuius vehi-  
culitale commentum est. Dolatum robur in can-  
therij formâ palmorū crassitudine fermè trium,  
bubulo corio pro ephippijs ad insidendum ster-  
nitur. Huic impunitus qui vehēdus esse eques, ve-  
hiturque vni cum tigno duobus à baiulis, altero  
ab anteriore, altero à posteriore equi parte, suc-  
collantibus vicissim alijs, ubi longius est iter. His-  
ce impositos equis languidos Patres, & aduen-  
tantes ad vibem rex extra muros honoris causa  
progressus comiter exceptit festis maximisque  
fñorum clamoribus, ut eis in acie prælijsque mos  
est. Ponè regem pulchra excitata crux erat, quā  
ille dextræ complexu tenebat, & hīc Patres, cum  
tribus liberis, multique Proceribus expētabat.  
Quisimul eos currentes ad osculum manus am-  
madiuit, protinus anteuerit, eorumq; manib;  
stualemiter antē tactis, suauum dedit: quem  
item morē in osculanda regis dextra secuti sunt  
Patres, quanquam solis ille sacerdotibus manum  
ad tactum pariter & osculum præbuit, laico, qui  
inter eos erat, solum ad tactum. Is alijs in sua re-  
gia, cùm Principum legatos admittit, in edito  
fugit, ut ex omni parte conspicui possit, eburi-  
nae insidet sella, mitratus infusa è palmæ folijs  
opere subtili & eleganti perfecta, à capite ad pu-  
bem nudus: cetera ad pedes vñque, vestis bom-  
bycina contingit. Laevum brachij armilla ex or-  
chaleo adorna. Equina cauda pendet ex humero.  
id solis regibus datum. Quinquaginta horum  
millia habere dicitur ad nutum tempera-  
tentia, & vētigalia per ampla. Sed huius adeò  
erat profusa societia, ut cùm primū ingens ei  
aui pondus esset allatum, postridie nihil esset,

95  
Equi lignis  
Conganorū.

96  
Mos Con-  
ganii regis  
in admis-  
tendis lega-  
tiis.

Hist. Societ. Iesu Tom. I.

diuque exhausta regia pecunia nihil haberet.  
Regio non omnino infalubris est, nec qui perhi-  
bentur calores, mordent acrius. Quo tempore  
sol proprius ad nos ac Boreales tractus accedit,  
& affert aestatem; hiems illic à Martio ad Augu-  
stum usque tenet, non quidem imbris fœda,  
sed erebris infesta ventis, & molesta frigoribus:  
quibus arcendis & propulsandis indigenæ, quo-  
niā vestium fomenta non suspetunt, geminam  
accidunt pyram, alteram à tergo, à fronte alte-  
ram: nudi quippe ambulant pubes dumtaxat ve-  
lata: nec pilo, nec calcis vñuntur. Quod si quis  
alicunde subuculam naētus sit, hanc à corpore  
non amplius remoueret, donec vñu detrita in lacer-  
ta sua sponte recedat. Alimenta tenuia sunt, nul-  
liusque penè succi: legumē colligunt grano pau-  
lo ampliore quam milij, ex quo farinam ditiones  
& albi (sic vocant Europæos) in panem exprimunt.  
nam triticō omnino carent. ac nisi recens  
& quo confectus est die, panis ille gustetur, adeò  
breui facileque corruptitur, vt in crastinum fer-  
uari non possit: farinam autem ipsam inter saxa  
magni labore pinsunt; nullus enim apud eos mol-  
larum vñus: & vulgus quidem alio vescitur cibi  
genere, alio nobilitas haud sinapis absimili. Vi-  
num eis nullum, nisi exsudans è palmis humor:  
hoc se se alunt & sustentant indigenæ. Poma vel-  
ut cucumeres, eaque, ne solo pane vñditent, ob-  
sonij loco. Si copiosior oblatæ sit eïca, copiosæ;  
sin parcior, parce modice que aluntur: & ea con-  
tentis non quarunt amplius. Nullas habent in  
matrimonio coniunctas feminas præter regem,  
Proceresque nonnullos: cùm tamē plures pau-  
ciotessè pro opibus alant pellices. Pharmacia  
quæ ac medicis prorsus carent: itaque paſſim vel-  
ut paſſerculi reperiuntur examines. Omnia  
magna apud eos rerum omnium inopia, ut ex Lusi-  
tania coniuehenda fint omnia: augerque infu-  
per egestatem effusa largitas. Quidquid in manus  
venerit, largiuntur: nihil recondunt in diem  
posternum, nihil de futuro solliciti, hebeti incuria,  
non virtutis amore. Ac ne pecunia quidem villa  
iam copia est, redactis in potestatē hostis ( quem  
Ianchale vocat) aurifodinis. Sanè si sua ad Deum  
referrent incommoda, miserasque fordes, eorum  
communis vita vitam Anachoretarum omnium  
facile superaret. Quibus & consulto ceteræ vitæ  
opportunitates denegatae videntur à Deo, ne, si  
ijs affluenter, deteriores & nequiores euaderent:  
cum tamē in tanta vñctus cultu que penuria toti  
ex fraudibus mendacisque conglutinati sint, ex-  
probrantelque sibi sua mendacia dolosque pe-  
tulanter irrideant atque contenant. Adeò in  
naturam consuetudo migravit. Constat prouincia  
vario hominum genere Christianorū & Eth-  
nicorum, indigenarum simul & aduenarū: quo-  
rum hi albo, illi atro colore cùm sint, color ipse  
in vocabulum transit, & hac se nota mutuo in  
sermone secernunt. Indigenarum mite facileque  
ingenium est: nec ijs ita magno labore Christianum  
probet: rotum in deferendis vñtis negotium est.  
Inter errores, quos diabolus rusticis præsentim  
Ethnicis persuaderet, is est vñus, ut in hac vita se  
immortales credat: nam mortuos non verè mor-  
tuos, sed aliò translatos affirmant; nec eis quis  
quam morte videtur extingui, nisi qui obtrun-

97  
Mores  
gentiū.

Q. 2 catur

98

*LABORES  
PATRUM IN  
COMPANORVM  
SALVATR.*

catur in aie: nec verò cuiquam maius obijci probnum potest, quām si ei paternus maternusque exprobetur occasus. Paro inscrita sibi persuadent senihil in vita delinquare. Cumque in ijs instituendis, & ad baptismum preparandis præcipere Patres, ut ex anteacta virg. peccatis dolorem caperent; respondebant expertes se esse peccati, nec aliquid, cur libi succenserent, habere. Nam Patres humaniter ab Rege excepti, deductique ad hospitium (cuiusmodi sunt Æthiopum ædificia) culmo paleisque contectum, quanquam valerudinarij, nunquam tamen aut statu sacrificia, aut sacras conciones, cæteraque de more functiones intermisserunt. Quoniam autem præcipius in ea ciuitate fructus elici videbatur è scholis; Souicralius publicè ludum aperuit, maximisque tum valerudinis, tum egestatis incommodis laboribus que pueros fermè sexcentos, & primis litteris, & Christianis moribus imbuebat. Sed quod facilius suscepsum ferret & sustineret onus, alios sibi hypodidascalos subrogauit: quibus omnibus, pariterq; discipulis quotidianam à Regé impetravit annonam: quam si Rex denegaret, nemo vtique ad eam disciplinam accederet. Mifaprofus morum vbiique corruptio, culpe pars maxima (vti iam significatum est) in facerdotibus, qui de Lusitania venerant, residebat: qui prater vitæ licentiam, ac pessima exempla partes suas adeò oscitantur agebant, vt in facro tribuendo baptisimare magnum simul puerorum virorumque gregem, nulla antegressa catechesi lustrarent; nihil vt Christiani illi de lege, quam accepterant, responderet, nisi quod salis mucam aliquando gustassent. E nostris facerdotibus unus Riberius quintum intra menem, vel assiduis festebibus implicitus, mille & septingentos ad Christum Æthiopes, Vazius trecentos, Souerañus etiam inter scholæ curas quadringentos adiunxit. Idemque Vazius proximos per terrans pagos cum interprete, ac hinc commeatu, trium ac viginti dicuum spatio duo millia & septingentos, in ijsque septuagenarios aliquos & octogenarios aquis salutariibus expiauit. Tria tempora in regni finibus excitauit, Saluatori vnum, Maria adiutrici alterum, tertium Ioanni Baptista. Duobus autem in templis ad unam, aut alteram horam quotidianus catechismus erat, & à catechismo baptisimus. Haec tenus de Æthiopia.

99

*Multis ad  
Christum  
convergi.*

100

*Discendant  
in Indianam  
Antonius  
Gomius,  
Melchior  
Confalvius,  
Gaspar Ber-  
zæus, Bal-  
thasar Ga-  
gus, Paulus  
à Valle, a  
cerdos:  
Laici Ioan.  
Fernædius,  
Ludouicus  
Froes, & ali-  
tri.*

101

*Gasparis in  
itineri la-*

In Indianum decem hoc anno de Societate è Lusitania gemino vesti nauigio, soluerunt: in ijs Antonius Gomius, Gaspar Berzæus, Balthasar Gagus, Paulus à Valle, Melchior Confalvius fæceroles. Ioannes Fernandius, Ludouicus Froes, trelique alij fæceroles expertes: quorum nauigatione multus sanè fructuosa vectores, & Gasparis nobilitata virtutibus, non est inuoluenda silentio. Is Oliippone nauem Ioannis Mendoza consercit xv. Kalend. Aprilis cum Sociorum parte dimidia, quibus præcerat Melchior Confalvius. Nam cum Antonio Gomio, quem Rodericus mittebat in Indianum, vt Socijs qui in ea erant cum potestate præcesseret, quod in remotissimas regiones serrebatur migrasse Xauerius, cæteri vehebantur. Ea igitur nauigatione amplam sanè Gaspari præbuit deo pariter hominibusque benemerendi materiam: ac primum quidem de suis So-

cijs è maritima iactatione, nauigante laborantibus. Quibus dum accuratè ministrat, & coquimunere palam fungitur; ita despabilis initio virus est, vt paranti ad focum cibos ac satagenti, procaces circum pueri præter cæteras contumelias, appositam quoque ollam aut furto subducere, aut per lasciviam frangerent: quidam etiam ab innocentie vix pugnos ac colaphos abstinerent. Perspecta dein patientia & grauitate viri, paulatim contemptus in reuerentiam vertit: nec defuerunt, qui laboranti per se, perque suos opportune succurreret. Henricus Macedus vir honestus ac pius rei indignite commotus, puerum deinceps suum eo munere fungi iussit. Qua relaxatus occupatione Gaspar instituit quotidianam ad nautarum vectorumque turbam explicacionem Dominice precationis legi que Christians festis verò diebus de officijs misericordie sermones. E blanditiae à magistro nauis, vt ad Dei opem & calitum implorandum Litanias publicè recitari permetteret; eas quotidie sub noctem cunctis presentibus ac respondentibus decantabat. Cum autem Socijs melius esse cœpisset, ijs adiutoribus operam suam ad verbum Dei prædicandum, prohibenda flagitia, curando aegrotos, vere Societatis instituto conuerit: rem in primis arduam atque difficultem. Præter naualem quippe turbam, colluviemque seruilem, vectores terme quadrangenti numerabantur, nefarij plerique scortis, qua secum aduexerant, irruerunt, aleæque, rixis, & id genus alijs assueti flagitijs. Sed Gasparis Sociorumq; sedulitate ea breui animorum commutatio facta est, vix vt ipi, qui eam oculis cernerent, fatis crederent. Inter eiusmodi occupations cum intolerabili Guineæ aestu atque febris implicitus, mille & septingentos ad Christum Æthiopes, Vazius trecentos, Souerañus etiam inter scholæ curas quadringentos adiunxit. Idemque Vazius proximos per terrans pagos cum interprete, ac hinc commeatu, trium ac viginti dicuum spatio duo millia & septingentos, in ijsque septuagenarios aliquos & octogenarios aquis salutariibus expiauit. Tria tempora in regni finibus excitauit, Saluatori vnum, Maria adiutrici alterum, tertium Ioanni Baptista. Duobus autem in templis ad unam, aut alteram horam quotidianus catechismus erat, & à catechismo baptisimus. Haec tenus de Æthiopia.

102

*Pietas Pa-  
trum in  
vulnus  
aegrotis*

103

*Virtus  
Euangelio  
operari,*

104  
Ingeni pr-  
ticiulum  
enadisur.  
  
rurus altera longe saeior, quæ sex ipsos dies re-  
nuit, subsecuta est. Negabat nauarchus vñquam  
se vidisse maiorem: tantamque vim aquarum na-  
uis acceperat, ut exhaustienti labore vieto, mor-  
tem quisque singula in momenta velut attonitus  
exspectaret. Interca Gasparem, qui tam præsentis  
periculi nescius in inferius cubiculum ad oran-  
dum se abdiderat, vir grauis, rerumque peritus  
adjutplacatoque perbreui illa quidem, sed accu-  
rata confessione Deo, dixit auctum iam esse de na-  
ui, nisi manifesto suo nomine diuina clementia,  
quæ magis flectitur vnius amici precibus, quam  
vteius feueritas multorum irritetur offensis, ex-  
trema laboranti fortuna succurreret. Ergo euef-  
gio Gaspari lucem prodit, & examinatos metu  
vectores fidenti voce confirmat. Concurrunt  
vndique ad eum omnes, perinde ac si propulare  
periculum cunctis è capitulo vñus posset. Ille  
verò conuersis in irata freta luminibus, seris flu-  
ctibus benedicit, & ad propitiandum cœlestis  
Numen statas Litanias, & Penitentias dicatos  
psalmos indicit. Cuius erecti fiducia pariter vñ-  
uerter paulum ex tanta pectorum trepidatione re-  
spirant. Postea cum Prefecti rogaru Gaspar ad  
gubernaculum constitutet, contra tumentes flu-  
ctus, qui fremitu horrendo iactabatur in nauim, fautaris identidem crucis signum obiecat, iis  
crebro verbis vñrpandis, Christus vincit, Chri-  
stus regnat, Christus imperat, Christus ab omni  
maleno nos defendat. Continebat interim impe-  
tum suum, ne cum vectoribus nauim obrueret  
perpetuo imminens procella capitibus; nec ta-  
men minas suas frendens pelagus remittebat, vt  
& cedere carminibus sacris videretur repressa  
tempestas, nectamen minis atque terroribus fi-  
nem faceret, dum conselerat mentes prauis  
suis cogitatibus atque confilicis vltrem Dei dexte-  
ram intare non desinunt. Quippe terrore illo  
periculoque mortis incœcto, scorta cuncta Gaspar  
induxit, vt suas confessum lordes atque flagitia  
penitentias Sacramento detergerent, propera-  
rentque reconciliari cum Deo, præfumque despe-  
ratis iam propè corporibus, ipse quoque animæ  
fempiterni tradarentur incendijs. Nec agrè ab  
ijs extorsit, obuersante ante oculos morte, quod in  
securitate non potuit: in qua quædam armatas  
iam fulte manus ab eo, dum meliora fudentem  
abigunt, vix abstinuit. Hactempsit, multisque  
alijs scopulorum ac syrtium periculis, Deo mite-  
sciente, deuictis, nemine proflus, quod in his lo-  
cis rarum admodum est, desiderato, ad Mozam-  
bicum nauis appellit. Hic opratissima quindecim  
dierum à ceteris capta quies: nam Gaspari Socij-  
que portus renouatus est labor. Qui de aliorum  
magis, quam de sua in columitate solliciti, deportati  
in publicum valerudinariu agrotis, cō-  
dem ipse quoque ad eorum refouenda corpora  
animosque succedunt. Haud sanè ijs hospitio-  
rum opportunitas decerat: quibus multi, vt ad tu-  
endam valerudinem vterentur, instabant: obij-  
ciebantque morbidis tractandis corporibus è pe-  
stilenziæ agrotorum anima contagionis periculu: que  
dum olim minimè Xauerius cauet, eo ipso in  
loco certum disserit viræ adisset. At Patres cun-  
ctis periculis præ caritate neglectis, freti Deo, à  
quo tam suave mandatum acceperant, inter æ-

grotos numero centum ac viginti dies hoæque  
versari, confessiones excipere, moribundos ad  
extremum certamen armare, mortuos tradere  
sepulture, pharmaca ciboisque illis emendicare  
non dubitarunt. Ipse verò Gaspar edem tempo-  
re coqui & pharmacopœa & concionatoris &  
Parochi vñus & idem agebat & sustinebat par-  
tes: quæ autem erat pro concione dicturus, ea fe-  
rè vel dum cibos parat agrotis, vel ipsos apud æ-  
grotos, aut etiam cum mortuorum corpora ad  
sepulturam confuebat, commentabatur. Nec di-  
uina fiducia frustrata Patres est. Namque eos tot  
inter incommoda, tantosque labores perpetuū  
incolumes atque robustos penè miraculo con-  
seruauit. Cumq[ue] profectiōnis tempore summis  
etiam precibus agrotantes, vt in Indianam adue-  
rentur, instant, idque ijs, Gaspar deprecante  
concessum esset; nauigio receptis quidquid eorum  
in usus necessarium fuit, tota illa nauigatio-  
ne suppeditatum est.

Interim Xauerius Cocinum versus, redditurus 107  
citeriore in Indianam, quemadmodum extremo Xauerius  
anno superiore docuimus, Malaca soluerat: sed reddit in  
antequā confenderet nauim, pueros quosdam,

quos e Molucis in Goënii Collegio instituendos  
abduxerat, nauclero, vt in Indianam deueheret,

*Indiaam.*

commendauit, sēmel, iterum tertioque denun-  
cians, valde se nauigio illi metuere, nemagnum

aliquid disserim adiret, nec in anis fuisse me-  
tus, quem in sinistru haud dubiè diuinus iniecerat.

Nam prope Ceilanum insulam repentina in-  
cursu quodam nauis hæsit in syrtibus: & spe sub-  
lata salutis ad unum & commune perfugium Dei

Matri vniuersi concurrent. Senserunt confessim  
omnes implorata subidia, & præter spem erepti

periculo Cocinum tenuerunt incolumes. Xau-  
erij quoque nauis toto triduo fœda tempestate ia-  
ctata, extrema fortuna sterit, & iam vectoribus,

facta iactura, mors verfabatur ob oculos, cum ad

ea, quæ terrent ceteros, impavidus intrepidusq[ue];

Xauerius cunctos celestes ex ordine, præcipue

celi terræque Reginam, diuinam vt auerterent

Xauerij  
mitigantibus, deprecabatur. quibus ille præ-  
fidijs vndique circumseptus, & ipse omni in im-  
mensis Christi promeritis collocata, longe maio-  
re animi voluptate in horribili illa tempestate

periclitans fruebatur ( quemadmodum ad Ro-  
manam Societatem scribit ipse de se ) quæm præ-

fenti deinde periculo liberatus. Ut quo tempore

ceteri vectores omnes præ morte ac despera-

tione salutis ploratus ingentes & ciuulatus ede-  
bant, ipse præ gaudio cœlestisque letitia suamissi-  
mos lacrymarum imbris effunderet. Cumq[ue]

alij suum iam deplorantes interitum vota face-  
rent, nunquam le omnino pelago sua capita tra-  
dituros, si præfensi illud disserim euaderent; ipse

vicissim Domino supplicabat, ne se proflus ab eo

periculo vindicaret, nisi ad partia aut etiam gra-  
uiora propter eius obsequium gloriamque peri-  
cula resuaret. Eò sepius rapiantur & euolant,

qui Deo ardent. In Indianam vratigit, Commorinen- 108  
Reuista  
Christianos  
Christianos  
Commo-  
nenes.

sium Christianorum viros, primos suæ industria

fructus, ingenti omnium gratulatione reuista.

Quippe oppida vniuersa pagiq[ue] perpetuo quo-  
dam legis Christianæ concentu sœle obuiam effu-

derant: detractisque sibi vestimentis sternebant

105  
Procœla  
vñis moris  
emulationi.

106  
Gaspar &  
Socij Mo-  
zambici  
præfido juncti  
agrotis.



iter qua transiit erat, humilique de genu reliquias manus, non sine multis expressis gaudio lacrymis osculari, suos etiam elatum in humeros ad varia tempora fests puerorum puellarumque clamoribus deportabant. Quibus inspectis & confirmatis Ecclesijs, recreatoq; plurimum Socios sub Antonij Criminalis custodia sua presentia alloquioq; relinques, Ceilanum in insulam soluit. Hic quoniam fructum aliquem ex fusco paucis annis ante tot martyrum fanguine capere geltiebat, mortuo iam regis filio sobrinoque illo, qui Goam biennio ante se auctore contenterat, tentandum sibi de cætero existimauit animum Candenis regis, an & ipse ad verum Dei cultum possit perlici. Qui non modò inusitata quadam benevolentia honorisque significacione Xauerium excepit, verum etiam magna animi voluptate de religionis nostre mysterijs disputantem audiuit. Ab eaque disputatione diuino lumine collustratus, ad eandem illico religionem toto animo incubuit, & vreamdem regnum suum vniuersum fusciper, curatur se sponderat. Illud insuper vltro pollicitus foderarum se ac stipendiarij Lusitani Regis fore, gemina illa conditione dumtaxat. Primum ut inter se Lusitanosque, quemadmodum inter cæteros stipendiarios, perpetua pacis fœderâ sancirentur. Deinde ut ad sedandos comprimendoque populares motus, qui fortè nouo ex cultu religionis existerent, præsidium sibi mitteret Lusitana cohortis, vna cum Prefecto, vel duce, cui ea ipsa stipendia persolueret, que Prætor Indicus decreuisset. Quo tam felici Christianæ rei primordio in regno Candenij latus gratulans Xauerius, egit eodem cum rege, vt ad Indiae Prætorem (is erat Joannes Castrus) præstante aliquem auctoritate virum legationis nomine secum mittenter. Quod magna sua cum voluntate rex fecit, legatoque potestatem dedit suo agendi nomine, qua Xauerio videtur, amplissimam: syngrapha insuper adiceta, qua fidem suam obligat actu se habiturn, quod apud Indiae Prætorem legatus Xaueriusque suo nomine transfigissent. Itaque discedens cum legato Xauerius Februario exente Cochinum venit. Hic missis in Lusitaniam & Romanam litteris, quam maximum Sociorum numerum, atque ipsum Simonem Lusitanæ prouincie præsidem ad Orientis culturam inuitat. Regem quoque Lusitanæ, vt Indicis Lusitanorū præfidijs concionatores curen idoneos, edicatq; ius in India procuratoribus arque Præfectis, omni ut opere religionis propagationem vrgant, foueantque neophytes, cohortatur; additionem, si opus esset, terrore minarum, & proscriptione bonorum. quippe in uno Indiae Prætore spem Ethniconam omnem positam esse. Simul & illud à Rege petit, certis ut locis annuo cum vestigali domicilia instituendis Lusitanorum indigenarumq; pupillis attribuat. Inde Coccino Cranganorem venit Lusitanorum vibem, arque hinc denique into iam Martio Goam. Erant tum in Goano Collegio Paulus Camers alumnorum custos, & corum magister Franciscus Petrus, nostrorum vero Rector Nicolaus Lanclottus. Et alumnorum quidem seminarium fatis copiosos & latos afferebat fructus. Nam

præter interpretes sacerdotesq; non paucos, qui multo cum fructu in Commorinum inde prodierant, alumni iam adulti complures in suburbano emissi vicos, Goam sepè Ethnicos ad baptismum, & Christi disciplinam adduecebant. Hic Xauerius Indiae sibi Prætorem primo quoque tempore conuenientum putauit, qui cum Bazaini vna cum exercitu versaretur, reliquo in Collegio S. Pauli eo, quem dixi, legato regis Candenis, ad eum ipse contulit. & quanquam ancepit adnodum dubiusque de euentu videri poterat, tum quod fama erat rebus nostris minus fauere Prætorem, tum quod eum audierat pari in causa regi Tanoris, qui Christianum se esse velle cum regno dicebat, nihil aliud obtulisse subiudicij, preter nos Euangeli precones; ipse tamen sua memor in Deum spem atque fiduciam Prætorem ipsum adit, cumq; de rebus Societatis melius edocetum facile sibi Societatique placauerit. Imò de itinere fessus & imparatus subitameo rogante concessione habuit, & quidquid postea pro rege Candenij postulauit, accepit. Quippe ille Goensi Præfecto Quæstoriique regio mandauit, vt, dum Goam ipse rediret, per honorificè liberaliterque legatus rebus omnibus haberetur. Et quoniam paucos illum intra dies vna cum comitibus à Xauerio baptismo cognoverat expiandum, candidam vestem pretij non vulgaris ad baptisimū cultum singulis dono misit. Postea Goam reuersus centurionem ad regem misit Antonium Monis Barrattum cum Lusitanis militibus centum, ferreis fistulis, & tormentario puluere instrutis ad custodiandam regi corporis, terrorumque eorum, qui se vel regie menti, vel Christum suscepturis opponerent. Præterea sericea vestis apparatum laneum munificū ditissimumque, vnde sibi itola conficeret innocentie processus ad fontem. Xauerius autem remisso ad regem legato, cum Goæ rogante Prætore subsisteret, nihil habuit prius, quam ut ex fide data duos de Societate Malacam mitteret. Misit autem Franciscum Petrum, & Rochum Oliueriam, de quibus haud ita post. Nec fanæ absque diuino consilio Joannes Castrus Prætor, vt Xauerium tantisper Goæ teneret, elaborauit. Namque ipsius, cum paulo post clarus victorij, & ob res bene gestas premijs, & prorogatione prouincie in triennium, nouo cum Proregis titulo ex Lusitania recens ornatus è vita descessit, peropportuna Xauerij opera in suprema illa de exterritate alea fuit.

Interim industrios Christi seruos, dum rotus modò hac, modò illa ratione sanadis animis seruandisque vacat; veterem amicum in ancillarum amores effulsum de industria conuenit, & ad paratum iam prandium hospitem conuiuamque se obtulit. Formosæ ministrabant ancille, pellices hospitis. Verum cum inter eas nullus famulus appareret, vix poterat intemperantia notam vescundans iam herus effugere. Xauerius tamē præter omnem eius metum ac suspitionem, nullum ea de re verbum, aut à mensa, aut super mensam fecit. Ergo id hospitem impulit, vt de cætero Xauerium fidentius adiret, & vltro domum ad conuiuum vocaret. Et ille inuitanti comiter obsecratus, scis citabatur identidem, qui tandem sorores eius illæ germanæ valerent: reliquoq; in eius ani-

110  
Bene rem  
gerii in in-  
fula Ceila-  
no.

III  
Goam per-  
nensis.

111  
Bazainu  
ad India  
Prætorem  
conuenient  
& quid  
opera, in-  
petras.

112  
Adiunctam  
Castris nu-  
rienti, qui  
primus Præ-  
toris tituli  
in India ab  
Iohanne in  
paulo aut  
accepterat.

113  
Industrios  
Xaueriu  
derabendo  
pellicibus  
homini  
matri in-  
pliuste.

mo velut aculeo nūl vlt̄a queret. Paucis interieōtis diebus redit is ad Xauerium, & prouolutus ad genua: En, inquit, adūm imperata facturus: tuum enim silētū illud tantis clamoribus perculit mentem meam, vt dies noctesque nulla iam queat ratione consistere. Pergratum mihi feceris, si meis de rebus ex animi mei salute tuo arbitrii decreueris. Fecit propōnō animo cupidoq; iam pridem, quod rogabatur Xauerius, & auctōre ei fuit, vt animi maculis confessione deletis entitas pellices ablegaret, & pudicitię deinceps sanctimoniazque se dederer. Verum admirabilem Xauerij artem in tractandis animis extra hendiſque de face virtutum, & fauibus inferorū, non vnum eius facinus declarauit. Lufitanus era mīles in clāſe, quæ Mecanum fretum nauigatione petebat, pñē perditus desperatusque, cuius salutis fūt̄s audiuſque Xauerius eodem conſenſo nauigio ſocium ſe illi nauigationis adiungit: & tum comiter appellando, tum vſu perfamiliari, & obsequijs quibuscunq; poterat demerendo, ita ſibi deuenit hominem, vtiam vlt̄o expereretur ab eo. Vbi maritum vſum eft, Xauerius illato de lubrica militum conditione fermone, percundatiex eo copit, quām paratus ad mortem eft, quæ & nature mortalitate nunquam longius abesse poſſet, & multo propius bellicis calibis immineret: nominatimque de peccatorum confeſſione, quampridem ea vſus non fit, ſcificatur. Cui cūmille totos annos duodeuiginti Sacramēti illius exortem ſe fuilſe non ſine gemitu responderet, ſibi q̄ in animo fuilſe quidem clasii ante diſceſſum, tot opprelſam ſceleribus conſcienciam exonerare, ſed peccata confeſſo absoluto nem à Vicario negatam; Xauerius nimiam Vicarij ſeu eritatem diſſimulanter incufans, bono animo eſſe iuſſit: & auditurum ſe illum ſi véllet, vlt̄o recepit, ſimulque rationem perfailem dedit, qua vel ab vlt̄ima pueritia peccata vniuersa in memoriam ſibi redigeret. Quod cūm ille ad ſipem ſalutis erectus per mullos dies libenter ſeduloque fecifet; Xauerius ynā cum milite egredius ē nau, quæ obviae vrbis opportunitatem macta ſubſliterat, dedit operam conſidenti. Confeſſo erbris ſanē cum lacrymis a gemitibus, pœnitentia loco nihil amplius praeter Dominicā pte- cationem, & ſalutationem Angelicam imperat, pollicitis de cōrero ſatisfacturam ſe pro illo offensi Numinis maiestati. Coniunctioque in proximam ſiluam milite relicto ſe abit. Hic nudatum corpus tamdiu aculeato flagello diuerberat, dum Parris vestigia fecitus miles, ex iplo plagatum crepitū latebram reperit. Qui vt euuentum & la- cerum tergum aſpexit, oboſtis lacrymis in me- dium profilit: humique ſtratus ante plectentem ſua terga Xaueriu, non prius inde ſurrexit, quām ille ſuo punte ſupplicio aliena peccata defineret. Id ſpectaculum militare peccus iam confeſſione molitum vſque adeò flexit, & in ſe armavit, vt omnes ante acta viri & fraudes ipſem etinde voluntaria pœna inuileceret, & benefactis malefacta ſarciret. Porro in crudelius Gōe puerulis ſeruitijsque, & faciendis ad populum de more vicitis toros ſapē consumebat dies. Noctes in precatiōnibus traducebat modò ſupra apudem Auguſtī ſimi Sacramenti, modò in horis domesticis, ni-

tente celo. In hiſ tum primū animadueraſa eſt multitudiſ illa diuinæ dulcedinis & vbertas, qua eius vndique perfundebatur & circumfluebat a- confiatio- nibus: quam cūm anguſtiae humani peccoris non poſſent capere, voceſ illas cogebatur identidem ad Deum mittere, ſatis eſt Demine, ſatis eſt.

Dinim  
nibus re-  
dundat.

Per id tempus pridie Nonas Septembriſ pars Sociorum quos ſuprā dixi, cum Galparc ex Lufi- tania Goam peruebitum, cūm Xauerius Com- morinens in oram parabat iter: qui dulcissi- morum fratrum aduentu cognito, vt eos qua par- erat amoris ſignificatione ricerperet, non fe com- mouit. Cūm autem inerſe ſeſe lumina animi volu- ptate, quæ Societas ad Dei gloriam in Europa In- diaque gereret, conuulſiſſent; actis bonorum om- nium auctōri gratijs, viſum eft Xauerio, vt Ga- ſpar, de quo mira quadam sermonibus fereban- tur, natali die Beata Virginis in aede noſtra con- cionem haberet. Confluxit ad audiendū ingens hominum multitudiſ. Sed is exili tenuiſque voce cūm eſſet vſus, vtrā pauciſ exaudiri vix poſſer, ex- pectationi hominū neuriq; ſatiſfecit. Quam obrem Xauerius, qui ſtatiu eo auditio ad ſuos Commorinenses, uti delinquerat, euolauit, in mandatis eī reliquit, vt exercitatione, per noctē codem in templo declamans, augere & corro- borare vocem ſtuderet. Fecit obedienter manda- ta Galpar, tamdiuque nocturna ſeſe contentione farauit, quoad domeſti ci nihil vlt̄a requiriſeret. Ita paucorum dierum intervallo grandiorē ac pleniorem vocem načtus, longē dein vberimum ex ſuis concionibus fruētum tulit. Sed homo na- uiflissimus non concionibus vniſ distinebatur, ſed manu ad omnia, quæ caritas offerret, admoue- bat munera. Et quoniam magiſtrorum laboraba- turinopis, de Grammatica idem, de quæ Philoſo- phia, ac deum de facro Proverbiorum libro Ioholas habere coepit. Ad ſeptimum Idus Octo- briſ altera Goam natis, vbi cum Socijs Gomius vehebatur, accedebat omnino p̄ter ſpem, nec fine prodigio. Deferebat ea ſecum vnius Virginis ca- put ex ſanctō Vrſula comitatu, cuius praetentissi- ma vecṭores opem in ſuis perſpicue periculis ſunt experti. Cūm enim ventorū impulſu in a- renam ac fyrtes prope Mozaſbicū inuecta na- uis eſſet, excuſoque gubernaculo, omnes ſpem ſalutis abſiſſerent; ea, quam dixi, Virginē perpe- truiſ ſemiblattis implorata, incolumes ex illis ty- ribus emeruerunt. Verū, cūm in reponendo elau- uo, qui reuelliſſus erat, diu multumque nautæ de- ſudaffent, & ad extreum vtrā cum perſiendi ſpe conandi quoque animū abieciſſent; cun- cētis alto microne proſtaris, ſacrum caput profe- rens Gomius, Tentate, inquit, idipſum denuo in huius ſanctæ Virginis & Martyris nomine, & pro comperto habete eam vobis alterum de duobus impetraturam, vt vel ſuo loco gubernaculum collocetur, vel fine clauo prouehamur in por- tum. Mira res: nautæ cum paruiffent, ſtatiu ſuo loco gubernaculum collocarunt. Id postea cra- niū à Piatore & Episcopo, exeteraque nobilitate ingenti pompa religionis exceptum, ad Societatis noſtrae templum iplo ſanctorum Virginum natali die delatum eſt: ex coquē tempore coepit vndeclim millium Virginum nomen tota Goa ce- leberrimum eſſe, & dies earum natalis apparatu

117  
Peruenient  
è Lufitania  
Socy.

Galparis  
Berzai  
multiplex  
labor.

119  
Vnus ex  
B. Vrſula  
comitatu  
Reliquijs  
ingentia  
pericula ſu-  
perata.

magnificentissimo, & gratulatione maxima coli. Administrationem Collegij continuò Lancillotus Gomio cessit: sicut enim Xaverius ipse, cognitus ad id eum munus à Simone mitti, discedens in Commorinum, mandarat. Gomius missò ad Xaverium Paulo de Valle, qui & litteras perferret, & deinde in Commorinensis Ecclesiæ cultura maneret; cœpit statim ostendere plus sibi ad agendum cum populo, quam ad tenendum administrationis Religioſe clauum facultatis suppetere. Nam ante cognitum satis patriæ eius ingenuum, quam Comimbricæ, quam Parisijs rationem accepérat, in eam Goanum Collegium redigere, & id genus alia moliebatur. Idem tamen, ut erat acer, & animo magno, nec vulgari facundia, priuatim publicè exorūs agere, ingentes tota vrbe motus exciuit.

120  
Obedientia  
Gasparis.

121  
Obedientia  
vii.

122  
Item obe-  
dientia vii.

Interea Gaspar ex laboribus in morbum lapsus salutatur ab eo, perque iocum iussus oculis conualescere, quod imponenda eius humeris crux domi iam conditam ac paratam haberet; postridie de cubili surrexit, Gomiumque conuenit ad iussa omnia perexpeditus & alacer. Cuius singularis obsequi & illud haud leue documentum est. Mos est Prætoris Indicivel in annona caritate, vel cum in milites stipendia non suppetunt, publico in loco præbere epulum: quod tum veſcendi, tum specandi gracia ingens vnde turba concurrit. Id per eos dies cum à Prætore daretur, eo se conferre iussus Gaspar, vt ad circumfusam multitudinem verba faceret; nulla interposita mora, cum Cosmo Turriano, qui Societati Goæ ſe nuper adiunxerat, alioque Malabare Fratre ad publici conuiuij locum properat, imperata facturus. Accumebant tum conuiuus termè ſexenti, & circumſtabant ſpectatores innumeris; cum Gaspar singulas perluſtrans mensas, quorumdam infuſurat in aures, Quām vellem vos Chiristi epulum de peccatis mire confessos: Verū cum inurbāc à quibusdam & perulante exciperetur, cœpit ille plenus Deo verbis Christi ad ſe vocantis liberè vociferari, Venite ad me omnines, qui laboratis, & ego reficiam vos. Quo inuitato iniuationis genere cum conuiuas rei nouitate ſuspensos ſibi attentissimos redidifserit; eadem vocis animique contentionē dicere aggreflus ad finem vñque perrexit, tam expedita & profluente quodammodo celeritate verborum, vt nunquam meminerit ſe dixisse ſolutiū. Vis obedientie videlicet linguaſ ſoluerat, quæ vel infantes facit eſſe diſertos, & expeditos elingues. Vbi perorauit, edixit ſecunda, quinta, & lexta feria multò lauiores ſe illis epulas, quām dediſſet Prætor, appofitum, pabulum nimis diuini verbi: quod in gentibus animorum ſtudijs ac commodo, vt reperat, poſtea præbuit. Alias etiam ab eodem Gomio iussus Andream Caruallium ætate nobilitate que florentem (erat enim Duciſ Alcaceſij frater) ad Societatem Gaspar adducere; is exco item duetus obſequio fecit impetrata ſane feliciter, & nouo ſocio Societate auxit, cuius deinceps exemplo nobiles alij non pauci ad pietatem animum appulerunt. Nouum haud dubiè vocationis genus, idemque, ſi prudentia expendatur humana, probabile minus; ſed qui ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudenti-

rum reprobat, is vtique admonere nos voluit, quanti caeca obedientie ſultitiam in ſuis famulis admet, per quam eorum in animis res admirabilis ſepe gerit. Nec tenuis fuit ille fructus, quem è Gafpare carcer dedit, qui ſua peccata vniuersi ad Patria genua confessione depofuit: eodemque auētore Litaniae piè quotidie paffere ſub noſte cœpit, & è vinctorum numero censorem legere, qui temere iurifurandi conſuetudinem, & peccata publica coargueret. Erat inter eos Brachmanes, Christia Lucu nomine, diuitijs auctoritate que domi ſuę facile princeps. Sexaginta quippe aureorum millium annum vñctigal habebat. Hunc priuatim Gaspar aggreflus, multiq[ue] habitus diſputationibus ſepe conuictum, demum perpulit, vt ſpatium ad deliberandum ſumeret;

<sup>111</sup>  
<sup>Carterij</sup>  
<sup>correlata</sup>  
<sup>Gafpar.</sup>

<sup>114</sup>  
<sup>Inſigen</sup>  
<sup>Brachma</sup>  
<sup>nem ea</sup>  
<sup>ueritatis ad fidem.</sup>

& rem Deo precibus commendaret. Biduo interieſto Gomium Brachmanes euocat, conſtantimque nulla ſe cupiditate libertatis adductum, imò permittentem cupientemque vt in ſua cauſa ſuus aequitati locus legib[us]que daretur, aperit ſuum de Christiana religione conſilium. Qua preda valde latuſ Antoniuſ tota illico de re Prætorem admoneret: veniaque hand agrè Brachmani impunitarēque criminum impetrata, hominem deducit ad nostros Christianis præceptionibus imbuedum. Virum fecuta mox vxor, fororique filius ipſi quoque expetiuite baptiſma. Id vñā cum viri auunculiique baptiſmo totis octo diebus tinnitu ſeo, ſymphonia, choreis, ingenti omnium ordinum ſtudio celebratum eſt. Vię vibis vario perifromate, virentiique palma elegantem in modum ornatæ: ipſi candidati magna tum Brachmanum, tum Christianorum frequentia ad templum in equis deduēti. Ibi re diuina ſolemni ritupracta, concioneque ad populum habita, demum ab Episcopo Prætoreque honoris cauſa de fonte fulcepti, marito Luſu de Sā, vxori Iſabellæ, adoleſcenti Antonij nomē imponitum. In hanc deinde familiam Prætor cum alia multa publicè priuatimque beneficia contulit, tum vero Lucam ipſum Tanadoris, ampliſſimo inter Brachmanes magistratu, condecorauit. Is adhuc Ethnicus propenſe temper animo fuit in Lusitanos, tanta autem in omnes liberalitate, vt mille aureorum pondus leuidense inuimus, minimeque dignum ſua persona duceret: in pauperes vero tam benignè profuſus, vt videri poſſet hoc potiſſimum adminiculo fontes ſibi diuinæ aperiuiſſe clementiæ, tutamq[ue] muniuiffe viam ad accipiemad comprehendendamque veritatem. Eius ad Christum accessionis altos ſubinde nouos ad baptiſmum ex Ethniciſ euocauit: cum ipsiſmer dictarent aq[ue]cum eſſe vt filij parentem ſequerentur. Adeò efficax in vtramque patrem Principum viatorum exemplum & Dynastiarum eſt. Indi diſciplinæ Goenſis alumni varia ex ætate nonaginta iam prop̄ erant, additis à Lufitano Rege prouentibus.

Potro ad incitandam Sociorum virtutem, acuendamque in animis tuendis industria, Nicolao Lancillotto, & Paulo Camerti, Antonio Criminali, & Alfonso Cypriano primis omnium apud Indos ex B. Ignatiſ litteris in Societatis corpus adſcriptis Coadiutorum ſpiritualium delatus eſt gradus. Extant etiamonum Lancillotti lit-

<sup>125</sup>  
<sup>Primi in</sup>  
<sup>India ſecl</sup>  
<sup>raui ſpiri</sup>  
<sup>tuali Co-</sup>  
<sup>adintera.</sup>

teria

terz ad B. Ignatium, quibus ei maximas pro collato munere gratias agit. Extant & Criminalis Latinae simplici stylo, in quibus tamen magnæ virtutis multa interlucent lumina, præfertim submissio[n]is & obedientia. Indignum se eo gradu profitetur, & cuius de Societate etiam seruo in perpetuum iampridè obedientiam obstrinxisse.

**126**  
**Criminalis**  
**Obedientia.**

Quod verò potestare B. Ignatius parem sibi Professus per litteras impetrerat, integrum rem ad Xauerium delaturum ait, nec usurpatum, nisi quatenus illi videatur, perinde ac si nullas ab Ignatio litteras accepisset. Tam procul ab immunitatibus ambiendis aberat. Adeò non obedientiam modò, sed & ordinem in ea gradusque suos conseruatos volebat, & ipse omnibus subiacere. Sed ipsammet epistolam, vt sancti Martyris reliquias, infra vulgabimus: cuius cùm præstantem obedientiam alias quoque memorauerimus, eo præcipue merito factum videtur, vt primus ex hoc cœtu gloriosem sanguine suo victoriam loqueretur.

**127**  
**Xauerij**  
**santissima.**

Iam Xauerius ex Commorino Goam reditus Cocinum venerat, cùm Paulum à Valle obuium habuit: ex quo & nouos cum Gomio Socios aduectos cognovit, & alias ab Europa litteras accipit. Quæ fuerit utriusque in sancto complexu congregatus spiritus exultantis iucunditas, cogitari potest ex his, quæ Paulus in Lusitaniam protinus scripsit. Sed utram, inquit, explicare vobis aliquis posset beatitatem, qua tum delubra est anima mea. Verum ego quid aliud dicam ignoro, nisi frigidis admodum verbis, Verè, verè, verè seruus Dei est iste, & nunquam inueni similem illi. Sanè, fratres, non colloquio tantum, sed ore & conspectu ipso implet homines Deo seruientes desiderio tam suaui & odoriferō, vt inenarrabile sit. Eius os benedictione plenum est: nihil aliud, nisi assidue personat, Laudetur Iesus Christus, voce tam pia, vt colloquétibus sensum eumdem insinuet. Hac cælestis letitiae vertute Cocini ex sancto congressu Dei famuli fruebantur, cùm triplissimus Goam nuncius afficeret, Xauerium Bædagis in ora Piscaria pro Christi fide varijs crucifixis interfecit. Qui rumor temerè dissipatus non modo Lusitanorum Christianorumque, verum etiam Ethnicorum Maurorumque animos (quæ erat omnium in eum pietas ac benevolentia) incredibiliter affect. Fuerunt, qui cæsum eius corpus omni conquistatione percutigaturos fecerint promitterent: alij curatuos se per Regem, vt in Sanctorum numerum referretur, vel li triginta aureorū millia in eius ceremonie sumptum eroganda forent. Multi varia per eum prodigia, vel miracula edita, nec pauci vita sanctitatem, futuron scientiam, virtutum reliquiarum præstantiam ingenti eius desiderio commemorabant. Verum cùm paulò post ex eadem ora dito de Societate vitæ eius nuncij interuenissent, abstersus est moror omnis, & conuersus in citharam luteus: cuius posterioris lætitiam nuncij mox xi. Kalendas Nouembri ipsiusmet Patris redditus confirmavit cumulauitque. Ille nouit autem auxiliis alias circumspicere Societatis sedes cœpit, & alijs alias urbes regionesque distribuit: Lancillotto Coulanum, Cypriano Socotoram insulam (quanquam postea, incertum qua de causa, non

cō, sed Meliaporam abiit) Alfonso Castrio, nuper in ipsa India ad Societatem adiuncto Moluccum, Melchiori Consalui Bazainū, Armuziam denique Galpari Belga. Et Armuziam quidem ad opprimenda nefaria scelerata, quæ ibi superstitutionum omnium colluuiu pepererat, Xauerius ipse iam cogitauerat: verū, mutato cum Iaponica profectione cōsilio, Galparem sui simillimum in luu substituit locum: præstidim quod is iussus Goano Collegio, Sociisque per Indiam sparsis præfesse, studio humilitatis modis omnibus impolitum onus tentabat excutere. Singulis autem singulis è Societate ministros & adiutores adiunxit. Fuerat enim Ignati mens, discrete que perficerat, ne nostrī in India soli, sed minimum bini per eas prouincias & remota loca discurrerent; tametli paucitas hominum sapientia cogebat disiunctas etiam oras sine vlo comite peragrange: cùm quidem necessitas percutiunt tot animarū subiecta oculis ita commoueret præcordia eorum, quos caritas Christi tangebat, vt non modò soli omnes deuorare ærumnas parati essent, sed etiam (sic loquitur Lancillotus) fructum fese diuidi dissiparique, quod varijs in locis, si fieri posset, euangelizarent, ipsi percuperent.

Xauerius cum in dies plura de Iaponicis insulis, de incolatum frequentia, ingeniorū præstantia, alijsque huiusmodi rebus cognosset, maiore incensus est studio peragrande Iaponia. Iam Angerussille, quem Goam præmissum suprà demonstrauius, lati de Christianis ritibus ac mysterijs edocet, gemino cum famulo ab ipso Antistite baptizatus erat, & Collegij nomine, Paulus Sanctæ fidei, ad indicandum gratum in id Collegiū auctum, appellatus. Ergo ipsum, & Iapones alios breui in Iaponia ipsa sibi futuros interpretes, Lusitanio sermone curat ac primis litteris atque exercitijs spiritus excolendos. Ipse compotitis rebus domesticis nunquam interquiescens, sub annis Goam rursus egreditur, & vt certa Moluccorum negotia cum Prætore Garzia Sā transfigeret (qui ex arcans Regis Lusitani libellis Castrio Præregi suffectus, ad persequendas reliquias Cambaici belli Goa discesserat) in Cambaiam usque contendit, & ex itinere, vt constituerat, suos Bazaini reuicit. Ita hic illi absumentus & exactus est annus. Quanquam de suis ille rebus parcer ad modum ieiuneque scribit, cùm tamen multa de eo fuisse copioseque, & ab externis scribantur & nostris. Vbicunque versabatur, tanto erat apud omnes existimationis ac nominis, vt in magno beneficio Dei poneret, quisquis tanti viri frueretur aspectu. Is, cùm de Societatis in Europa progressu cognosceret, tam tenero mollique animo, tam vberi lateoque flero diuinæ munificientiae grates agebat, vt in eundem fletum ipsos quoque nuncios & spætatores adduceret. Crebra erat eius in ore Sanctæ Trinitatis, & augustissimi Iesu nominis usurpatio, ex redundantia conditæ pietatis in animo: sapientia ad meritam gratiarum actionem pro diuinis in Societatem munericibus incitandam, teneriore quodam animi sensu dicebat ad suos, Quam bonum habemus Deum, quanto opinione nostra meliorem utram dem tangi motibus videretur atque is qui dicebat, Quam bonus Israel Deus hic, qui recte sunt corde!

**129**  
**B. Xauerij**  
**santissima.**

Quo-

Quoniam enim recteis erat corde, cunctisque Deum spectabat in rebus, id est & Deus videbatur illam bonus. Negabantque omnino domestici, quæ per Xauerium Deus admiranda patrabat, ea tibi licere verbis exequi. adeò erant effatu grandia.

130  
Bazainij  
Collegy ex-  
ordium.

131  
Melchior  
Consalvius  
primus ei  
propositus.

132  
Socij Com-  
morinenses.

133  
Solatia ca-  
lestia inter  
pos labores.

134  
Henricus  
Henricius  
Malabari-  
cam linguam  
perdicit, &  
ad artem  
reducit: ac  
castorius  
praelati  
conatus.

Sed quoniam de Xauerio Goaqué diximus: dicamus & de quibusdam alijs eius socijs locisque nonnulla, quæ superiore ex narratione superiunt. Bazainij Rex Lusitanus nuper Collegium annuo cum prouentu ad insituendos indigenas excitarat: quod onus cum propter exiguum suorum numerum Lancillottus reculasset, Franciscanis Patribus impositum est. Verum ijs deinde ponere capientibus, vt à suis institutis abhorrens, iterum nostris obruditur, & assidente Xauerio, Episcopo que Goënsi suscepimus, & Melchiori Consalvius mandatum. Est is locus cum ad continendos in institutis patrijs, Christianisque ritibus Lusitanos, tum ad perducendos ad Christum Ethnicos & Saracenos mirè accommodatus. Regio feracissima est, cælum saluberrimum, puteales aquæ dulcissime, vrbs elegans & ædium pulchritudine, & mole ac descriptione templorum. Eas subterranea fermè sunt ac formicata, intercolumnijs faciliisque decora, eodem faxo operè que constructis.

In ora maritima Commorini quatuor de Societate varijs locis rem diuinam curabant: quibus præterat, & quidem ab ipsiis met delectus, & à Xauerio probatus, vt supra significatum est, Criminialis: cuius ingens erat & frugifer labor in percurrentis Christianorum locis, & lingua Malabarica perdiscenda. Versabantur in eodem tractu Frâscus Henricus, Balthasar Numnius, & Henricus Henricus, (quoniam duo illi longè ab hoc tertio disiuncti) & singulorum cura plures erant commissi loci. In eademque ora cum Emmanuel Morales, tum Alfonsus Cyprianus, priusquam Meliaporam peteret, etate sc̄enex, lacerato inueniens defudauerat. Magnis omnino laboribus pari fructu vinea Domini colebatur, nec excoletantium animi gaudio minore, cum æternus Paterfamilias solatij cælestibus operârum suarum & labores conditer, & roburaugeret. Affimabat Henricus Henricus gustum spiritus in medijs laboribus animique captandi fuile tam vberem, vt, si data esset optio, mallet haud dubiè quipiam in ijs se contentionibus perpetuo frangere, quam subito in cælum rapi. Catechismus manè puellis, vespere pueris tradebatur. Vnusq; ex indigenis singulis docebat in locis, alias qui disserent euocabat. Docendi ratio ea nimurum erat, quam Xauerius ipse reliquerat: cuius & labore conuersus Malabaricè catechismum adhibebant. Henricus arduo ille quidem opere negotijs linguam sibi Malabaricam compararat: verum vt eam semel arripuit, facilem eius tradendæ ac perdiscendæ viam excogitauit, & vocabulorum indicem texuit. Sanè prodigijs instar indigenis viuum, quod tam bene, tamque breui (semelst i'c ilicet spatio) tam implicatum obseurumque sermonē peregrinus homo didicerit. Itaque nullo adhibito interprete verba facere aggressus, ferebat fructum vigiliarum suarum; sensitq; dubam interpretum fidem, qui cum aliud intelli-

gerent atque acciperent, reddebat perperam sententiam docentis. Quoniam autem cum ex Moluco rediret Xauerius, satis fusam mysteriorum omnium Christianæ legis explanationem Malabarii fæderotri tradiderat, vt Malabaricæ conuersa cunctis in eius oræ templis publicè recitaretur, ea vt primum Henricus præsente recitata est, curavit ille nostris litteris delibrandam, quod Socij reliqui notis familiaribus affuet, & prælegere eam populo possent, & prælegendibus operam dare. Sed Xauerius, quo celerius inchoatam eius lingua Grammaticam Henricus absoluere, nec semper esset adhibendus interpres, labores illius minundos censuerat, tot Ecclesiârum procuratione sublata. Is igitur per otium auctum aduersus Ethnicorum quoque fabulas scribere instituit, vt earum vanitatem redargueret, & mendaciorum portenta refelleret. Constanterq; suæ cœcitatris Ethnicos admonebat, qui cultum omnipotenti Deo debitum indæmones & saxa conueterent. Idemque numerosum Brachmanum gregem ad disputationis certamen vnu inueniōs, iuuenis senioris, quorum esset luce clarissim confutaturus errores, prouocabat: quod si frangi disputationis contentionem non possent; ad indicandum vtra de duabus suâne an Brachmanum fidei superiori esset sanctiorque religio, ignis periculum non recusat, & in ardente rogum gestiebat ascendere, si conditionem auderent accipere. Tantum suis famulis fidei medios inter infidos impiisque peropportune Christus infundit. In explanâdo aliquando religionis Christianæ capitibus suis auditoribus affirmauit, si quis ex ijs veram accensamque fidem possideret, iuberet quæ Christi nomine ex obsecro corpore abire demoniū, id protinusabiturum: quod cum arrupisset neophythus, venissetque in certamen aliquando cum Iogue, (quod Brachmanum genus esse diximus) sine villa dubitatione recepit se in Christi nomine atque virtute de humani corporis domicilio, quod Iogues ille non posset, demone expulsum. Anima duerum est autem, ex quo colim eis regionibus cœptus est Christus, imminutam ac debilitatam esse vim dæmonum. Nam antea tantus erat eorum terror atque licentia, vt nemo solus ad proximum litus auderet accedere, spectrorum immanitate deteritus, quæ pectorum inter cymbas igneis se se formis objicebant. At postea quam illa in ea loca crux est, desierunt monstra illa hominibus infecta esse. 135  
Magus  
Hennig  
fidei

Quod olim virtuti crucis Serenus tribuebat Ab-  
eruâbas. Qui cum disputat apud Cassianum, quid causa sit, cur dæmones, qui superiore tempore inter Anachoretarum dumtaxat initia tantæ fuc-  
runt feritatis, postea non camdem suo tempore vim haberent; colligit ad extreum virtute crucis eriam deserpta penetrante, & vbique eius grata coruscante retulam eorum fuisse nequitiam. Inter Ethnicos tamen sœuam adhuc tyrannidem exercebant, ab eisque diuinos sibi expetebant honores, ac nisi pecuniæ magnitudinē, arietumque multitudinem, quorum cruentum dicebantur ex fugere, & alia, quæ postulabant, afferent, exitium eis minitabantur ac necem. Ita infelices illi terrore compulsi diabolum adorabant, & domos suas funditus exauriebant, vt eimunerum defer-

deserterent honores. Henricus autem, ut Christi gregem tantis terroribus liberaret, spondebat facias le carminibus eieclorum quidquid prauorū dæmonū in humanis corporibus habitatet, quod nec logues ipsi possent, nec careri Brachmanes attarentur. Sanè neophytorum fides erat illu-

137  
Neophy-  
rum infignis  
fides.

strior, quam credi posset. Nam & alius cum agro-  
tante inuictus amicum, rosario, quo vtebatur  
ad preces, cuius inicito ceruicibus, morbum de-  
pulit. Quare celebrata, totoque oppido perul-  
gata, quisquis deinde labebatur in morbum, ad  
id rosarium medicinae gratia confugiebat, oblata  
etiam neophyto, si opus esset, pecunia: quam ta-  
men ille, ne auraria lordinibus splendore gratui-  
ti munera inquinaret, sedulò repudiabat. Alius  
erat penes Henricum neophyto puer, qui Goën-  
si è disciplina proderat. Hic captus à Saracenis,  
& in eorum fana productus, ne mortis quidem  
minis adduci potuit, ut vel Christi fidem prode-  
ret, vel genu Mahometi submitteret. Sed super-  
nae prouidentiae fuit, cui robur poterat ad feren-  
dam necem tortoreque sufficere, eipius adi-  
tum ad eos declinando ostendere. Itaque reli-  
ctus in compeditibus ne euolaret, paucos intra-  
dies incenso ab hostibus oppido, necatisq; com-  
pluribus, elapsus est incolumis ad Henricum.

138  
Religionis  
vera magna  
vestigia in  
Ethnicis  
quibusdam.

Narrabat is inter Saracenos se vidisse multos Lu-  
sitanorum fugitivos seruos, qui Christi fidem ad-  
huc arête tenerent, eosque se grauissimos horta-  
tores, ne eam ipse desereret, habuisse. Qui & su-  
prema suis cum è vita migrarent, officia patrio ri-  
tu cum Ethnicon admiratione perfollerent.

139  
Cura pecu-  
nis multis  
in impestate  
desinet.

Inter Ethnicos Commoninenses erant, qui Deum  
vnum colerent, & simulacula contemnerent: inci-  
ditque Ethnicus in Henricum probitatem & fa-  
pientiam fama nobilis, qui plurima euerterat ac  
derubarat idola. Is & verum Deinumen ex Eth-  
nicon antistite quodam, qui & ipse Deum co-  
lebat vnum, simulacrorum inimicus acerrimus,  
& principis parentis lapsum se didicisse narrabat,  
Satan inuidus fraudeq; decepti: tametsi in tan-  
tis tenebris sapè veris falsa miscebat. Habebarunt  
is à suis prefertum Brachmanis in honore: quos  
tamen insimulabat amentia, qui mutis lapidibus  
diuinitatem tribuerent, & commentios deos  
omnium irrisione ludendos, ram impudenter in-  
ducent. Sed suam Brachmanes excubabant ino-  
piam, & satius esse dicebant falsa illa numina  
communisci, quam miserandum in modum fame  
necari: proinde rogabant, suas vi fraudes celatas  
vellet: quas ille tamen prodebat & enunciabat.

Sanè mox ibis erat commodis, tametsi Christia-  
nius non erat, rogatusque ab Henrico, quid illis  
Ethnici futurum censeret, qui vitam cum virtute  
traducerent, respondere non dubitabat, dum  
Pagodes colerent, nunquam eos ad paradii ga-  
dia profecturos. Plura in his locis délubra vifun-  
tur sanè magnifica, eaque marmorea, & piëta animanti variata figuris, quibus præsum Brach-  
manes ventri dediri, qui dum suos mentiuntur  
comesse Pagodes (ut suprà memorauimus) ma-  
gnam vim congerunt libationum epularumque  
vnde ventrem farciant atque distendant: exhibi-  
toque nidore Pagodibus, sibi suisque familij  
ipsum saginam vendicant. Cærerum regionem  
neque insalubrem, neque admodum sterilem,

(ut initio ferebatur) vsu deprehendit Henricus,  
clarissque postea longinquitate vite ostendit,  
quam (ut suprà significatum est) ad eam vñque  
diem, dum haec scriberentur, produxit.

Franciscus Petrius, & Rochus Oliueria, quos  
missos à Xauerio diximus, Malaca perutilem po-  
suerunt operam, quod ad eam diem nulli è ceteris  
Religioforum Ordinibus aspirauerat. Sesquiho-  
ram quotidie Petrius, è Xauerij præscripto, in im-  
buendis Christiana lege puerulis consumebat: ter se ge-  
runt.

habebat, minimum diebus festis; matutinis ad  
Lusitanos, vespertinis horis ad captiuos indige-  
nas; Christianos. Sabbata verò Decalogo Sym-  
boloque tradendis ad Lusitanas feminas reserua-  
bat. Sed antiquissima fuit illa cura publici vale-  
tudinarij: vbi præter cætera, semel saltem in he-  
bdomada rite sacrificabat, & cùm vñsus posceret,  
Sacramento præbebat: similiterque in eo Soda-  
litio, cui à Misericordia nomé est, quoniam pro-  
pter inopiam sacerdoti alendo non erat, quarta  
quaque feria ritè facris operabatur. Rochus de  
eiusdem Xauerij sententia præter agrorum fe-  
dulam curam, cùm disciplina Christianæ tenerat  
Lusitanorum ætati, tum scribendi legendique, &  
Grammatices etiam elementa tradebat. Is primo  
suo aduentu simul ac ludum aperuit, centum &  
octoginta nauctis est pueros institutionis indigos,  
vt qui ex matribus nati Gentilibus, patres habe-  
bant alia curantes omnia, præter optimam libe-  
rorum educationem. Catechisinus aurem tam la-  
tè patuit, vt tota vrbis ædæque priuatorum eius  
cantico reponarent. Eratque ab eodem Xauerio  
conuocādi homines ad catechesim, sicut & pro-  
testandæ fidei constans ratio præscripta. Egre-  
dierat per urbem cum tintinnabulo Rochus, &  
certis quibusdam locis præconis more clamabat,  
Mittite, Christiani, vestros filios filialisque, famu-  
los & ancillas, vt audiant sanctæ fidei prædicatio-  
nem. Formula verò protestanda fidei, quam &  
memoriae catechumentis quisque mandabat, &  
initiandi baptismō concepibant, hæcerat: Deus  
verè confiteor, vt bonum Christianum decet,  
Sanctissimam Trinitatem Patrem, Filium, & Spi-  
ritum sanctum, tres personas, & vnum Deum.

Credo firmiter nihil hæsitans quidquid tener &  
credit Romana mater Ecclesia, atque ita promit  
to me vietum mortitumque in fide sancta Ca-  
tholica Domini mei Iesu Christi, Dei & hominis  
pro nobis mortui: & nunc pro eo tempore, quo  
moriturus sum, si tum loqui non potero, confi-  
teor Dominum meum Iesum Christum ex toto  
corde meo. Refistendum præterea Malacæ fuit  
Iudeorum accbris odij, qui se nostris profite-  
bantur infernos. Omnem quippe lapidem cæci  
illi, & inferiorum flammis addicti mouebant, vt  
Patrum ab vñsu atque præceptis Ethnicon gre-  
ges auerterent. Apud hos ipsi, vt etiam apud Ara-  
bes, Saracenos ac Persas circumcidionem Moy-  
semque disseminant, eoque consilio Malacam se  
conferunt, vt profelytos aliquos faciant, quos eâ-  
dem operâ gehenna filios efficiant. Fuit tamen  
ex eodem numero Iudeus quidam, qui se Ro-  
manum diceret, & verba facientem ad populum  
Petrium non auditet inuitus, celebraretque eius  
subinde domum, vt cum eo nonnullos veteris  
Christi,

instru-

140  
Malaca  
Franciscus  
Petrius, &  
Rochus Oli-  
ueria nau-  
teris nau-  
teris nau-  
teris nau-  
teris nau-

141  
Formulæ  
,, de fidei &  
,, B. Xau-  
,, rio edita:

142  
Iudeus qui-  
dam con-  
seruit ad  
Chriſtum.

instrumenti locos questionesq; conferret. Quem cùm Pater comiter accepisset, blandaq; oratione sibi penitus adiunxit, faciles sibi ipsi ad insinuandum in eius pectus Christum parauit aures. Verum orto de lege nostra sermone, nihil illi durius, quā vt credamus Deum hominem factum, flagellis cæsum, in crucem actum, denique ceteros vt mortales morte consumptum. Quorum omnium à Petrio causas atque rationes, quemadmodum illa fieri possent, diligenter edocet; disiectis exemplis tenebris clarissimum veritatis lumen aspergit, & alium mutatus in virum, dum ea, quæ didicerat videratq; sedula mente

pertraçtat, inuentum in æde Misericordia Pe- trium totis vlnis amplectitur, testatus velle se profus Christianū esse, Christumq; per otium pluribus edocet. Tam incensis ardoribus dene- gari à Patre non potuit, & quinque disciplina di- erum ad sacram fontem instructus, eo denique cum suis domesticis septem ritu apparatuque so- lenni, primarijs coram viris nobilibusq; com- pluribus est exceptus. Is postea Cocinum, ubi filium habebat, egressus, dedit operam, vt quem ex sanguinibus, & ex voluntate carnis gehennæ generat, eum longè vtique felicius ex aqua & ipso cœli gaudijs procrearet.

# HISTORIÆ SOCIETATIS IESV LIBER NON V S.

1549

I  
Statutum So-  
cietas an-  
no 1549.



Nono eiusdem saeculi xi. ix. duobus & viginti Societas locis, prouincias duas cum suis Prepositis, Hispaniam & Lusitaniam (vt suprà demonstratum est) iam constitutas habebat: quibus & Indiam Praeposito ei Xauerio hic ipse annus adiunxit. Quæ vero in Italia, Sicilia, Germania & Gallia Societas verlabatur, eam ipse per se administrabat & tēperabat Ignatius: tametsi in Sicilia præcerat, vt inspecto aliquis, Iacobus Lainius. Magna autem erat vbique, præfertim Romæ, vnde in reliquum terrarum orbem disseminabatur, eius & nominis & numeri propagatio: pauci tamen gradum ad solennem votorum Professionem faciebant. Nam præter Borgiam, quem superiori anno vota illa remotis arbitris suscepisse narravimus, nemo ea iam diu suscepserat. Quanquam enim ea de re Hieronymo Natali nuper aliquid Ignatius innuerat: tam cùm suam ille tenuitatem modestè primùm excusasset, quod diceret gradum illum sua virtute superiore esse, satisque libi fore, si inter Professos trium votorum adscriberetur, perereturque, si Patris perseueraret imperium, quartuor vt Romæ vota eo præsente sibi liceret, & in eius, vt aiunt, manibus nuncupare; dilata res est. Quartuor

2  
Inter Pro-  
fessos adscri-  
psi Emma-  
uel Miona,  
Ioan. Polan-  
ceu, Iacobus  
Miro, An-  
dreas Ouedus.

3  
Pauperias  
Romana do-  
mus: &

neficis ac priuilegijs ornarat, Paulus Tertius. quo B. Ignatij ex oculis repente sublato, cùm Cardinales illi, in Duxib; qui statas ac certas in vñs Parrum eleemosynas cia. erogabant, ad sublegendum ex suo corpore in demortui locum Pontificem se conclauibus inclusissent, haud ita citè, vt videbantur, de successore deliberatur; desperabantur videlicet ab eis visitata subfida. Eodemque fermè tempore, qui rem domesticâ administrabat Petrus Codacius, & cuius sedula ex prouidentia tota domus apta pendebat, subito extinctus, reliquam spem omnem, quæ quidem in humanis erat, euerterat. Sed Ignatius, qui diuina sele spē confirmare & sustentare didicerat, nec vñquam idoneis in opere metu aditum intercludere erat solitus; constituto rei familiaris administristro Pontio Gogordano, eo ipso tempore alios fermè decim ad suum numerum aggregauit. Nec eum frustrata spes sua est, euidenti Numinis prouidētia. Cardinales quippe benefici inter ipsas creandi noui Pontificis curas Ignatij memoris, ex arctis illis comitiorum clausis nummos aureos ad eum ducentos do- no miserunt. Eodemque tempore Ioanni Crucio obsonagoti ad Lateranensem basilicam tenden- ti, dum per Colosseum transit amphitheatrum, ignotus homo marsupium cum aureis ferè cen- tum in manus iniecit, statimque sele subduxit. Nec multò pôst eidemante lucem ad quippiam coemendum egreddio, prope ædem B. Mariæ su- per Mineruam aliis item ignotus aureos circiter septuaginta nil tale cogitanti ex improviso dedit. Quæ cum Patribus in conuentu narrasset, ingeniti omnes admiratione perfudit, alios alia fulpi- cantes. Multi enim fucum Ioanni factum adul- terina pecunia putabant: alij diaboli eas esse præstigias. Reclaus illi, qui rem totam in Dei prouidentiam suos erga famulos referabant. Pecu- nia certè proba & optima reperta est, demumq; talis, qua magna Patrum in opere, præsentique vita necessitati prospicuum est. Polancus etiam ipse, qui litteris hæc ipsa mandauit, dum in agi- tandis